



8022
22
316

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 28
Numero: 407

222466514


0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21

8022
22
316

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 28
Numero: 407

222466514

25 XV



P. BELLONII CENOMANI
DE ARBORIBVS
CONIFERIS, RESINIFERIS, ALIIS
quoque nonnullis sempiterna fronde virentibus,
cum earundem iconibus ad vi-
uum expressis.

*Item de melle cedrino, Cedria, Agarico, Resinis, & iis quæ ex co-
niferis proficiuntur.*

AD ILLVSTRISSIMVM DOMINVM
Franciscum Oliuarium, Franciæ Can-
cellarium, virum amplif-
simum.



PARISIIS,
*In Bibliotheca Egidij Corrozet, ad Palatium Regium, iuxta
facellum Præsidium.*
1553.
Cum Priuilegio Regis.

Priilege du Roy.

HENRY par la grace de Dieu Roy de France, au Pruesost de Paris, Bailly de Rouen, Secneschal de Lyon, Grenoble, Toulouse, Bordeaux, Poictou, Berry, Champaigne, iuge, d'Anjou & du Maine, & à tous noz autres iusticiers, officiers, ou à leurs lieutenans, & à chacun d'eulx sicomme à luy appartenindra, salut. Recene auons l'humble supplication de Gilles Corrozet Libraire de Paris, contenant que depuis aucun temps en ça il a recouuré par sa diligence deux liures nouuellement composez par Pierre Belon du Mans, l'un intitulé De admirabili operum antiquorum praestantia, &c. L'autre, De arboribus coniferis, & aliis perpetua fronde virentibus, &c. Lesquelz il voudroit voluntiers faire imprimer, vendre & distribuer, pour mettre en vente & lumiere. Mais il double que autres libraires & imprimeurs les voulassent pareillement imprimer ou faire imprimer, & à ce moyen estre frustré de son labour si par nous ne luy estoit sur ce pourueu. Parquoy nous voulans tous liures de bonnes lettres estre mis en lumiere à l'instruction de noz subiectz, inclinant liberallement à la supplication dudit Corrozet, ne voulant le merite de son labour estre tolu, ne le recouurement de ses fraiz & mises estre empesché. Pour ces causes auons de nostre grace speciale donné audit supplicant, priuilege, congé, licence, & permission d'imprimer ou faire imprimer, & mettre en vente lesdicts liures, avec inhibitions & defences à tous libraires, imprimeurs & autres à qui il appartenindra, en noz pays, terres, & seigneuries, de non imprimer & mettre en vente lesdicts liures dessus mentionnez, sans le vouloir & consentement dudit supplicant, dedans le terme de six ans consécutifs, commençant au iour & date que lesdicts liures seront acheuez d'imprimer, sur grandes peines à nous à appliquer, & de confiscation desdicts liures & d'amende arbitraire. De ce faire vous auons commandé, & à chascun de vous sicomme à luy appartenindra, donné, & par ces presentes donnons plain pouuoir, commission & autorité, mandons & commandons à tous noz iusticiers, officiers & subiectz, que à vous en ce faisant soit obey. Car tel est nostre plaisir, nonobstant oppositions ou appellations quelconques, lesdictes inhibitions & defences tenans. Donné à Paris le xxj. iour de Iuing. Lan de grace mil cinq cens cinquante trois. Et de nostre regne le septiesme.

Par le Conseil.

Et scellé de cire iaulne.

Signé Bnyer.



ILLVSTRISSIMO VIRO D. FRANCISCO OLIVARIO GAL-

liarum Cancellario, P. Bellonius Cenomanus

S. P. D.



SAE PENVMERO quærenti mihi quonam pacto otii huius quod ad prosequenda literarum studia, munificentia tua ac liberalitate sum consequutus, rationem aliquam tibi redderem: fructumque mearum commentationum nonnullum, in publicum sub tuo nomine proferrem: venit in mentem multum subuereri, ne ego non satis in literis excultus, tibi viro omnium bonarum artium ac disciplinarum scientia instructissimo satisfacere possem. Tua tamé illa mihi iam pridem vniuersoque totius Galliae populo abundè perspecta humanitas, propensaque tum in studia, tum in studiosos omnes voluntas fecit, vt omni metu valere iusso, aliquid eorum dehis que in mea illa diutina apud Orientales cæterisque Asiae populos peregrinatione didiceram ac elucubraram, in tuum conspectum liberè proferre auderem. Quæ si fortè leuiora videbuntur, quàm vt ad tam grauem tantèque dignitatis virum, seriùs in rebus semper occupatum, scribi de-



beant : hoc vnum tamen me spectasse nostra Gallia sciat, vt cum tot tantaque à te acceperim beneficia, aliquo me scripto gratum ac memorem præstitisse videar. Ego itaque cum libellum de coniferis arboribus resiniferisque conscripsissem, eum tuo nomini dicatum, in publicum prodire volui, quo te velut patrono liberius sese omnium oculis videndum præbeat, inuidorumque morsus ac calumnias facilius fugiat. Quod etiam vt facerem eo sum impulsus, quod te arborum talium in Leonuillano tuo conferendarum quamstuidiosissimum esse cognouerim: quas vndeuis locorum accerfitas, in tuis hortis eo ordine curasti ponendas, vt iam hac re longè superior Cyro Rege Persarum euadas, qui eius rei ita percupidus fuit, vt se arbores, vt erant in quincuncem digestæ, conseruisse gloriaretur. Ego cum verarum arborum tibi supeditandarum copiam nullam haberem, cuperem tamen ad illud laudatissimum studium tuum aliquid adferre, meo me officio functurum satis putavi, si cum arbores ipsas offerre non possem, earum saltem icones, siue ad viuum expressas effigies, cum earundem descriptionibus exhiberem: vt quemadmodum tu illarum, quas iam in hortis confitas habes, vmbri ac virore, sic harum conspectu ac descriptione te oblectare possis. Non minus autem eas tibi gratas futuras spero, quam si compilatis vndique exterarum seminariis, viuiradices ad hortum tuum exornandum contulisses. Cum tu (quo es animi candore) non id quod datur inspicere, sed dantis animum magis perpendere soleas. Hoc itaque qualecunque est grati mei erga te animi argumentum, æqui

bonique consule. Quod quidem si tibi gratum esse sensero, & mihi ad cæterarum quoque arborum descriptionem, quam in manibus habeo, absoluendam animum addideris, & ad alias lucubrations, quas de plantarum cæterorumque simplicium medicamentorum in Dioscoridem nostro vulgari sermone conscripsi, sub tuo nomine euulgandas paratiorem multò reddideris.

Vale.

IOANNIS DV FLOS ATTREBATIS,
ad Lectorem Decastichon.

*Grata Ioui Quercus præscorum nempe virorum
Altrix, in magno laudis honore fuit.
Hic Veneris Myrtum vridem descripsit. At iste
Phæbe tuam Laurum. Populus huic placuit.
Extulit hic Vitem Bacchi. Sacram alter Oliuana.
Scripsit. Cæcropiæ munera pulchra dea.
Atq; alij varias veluti natura ferebat:
Arboribus dotes quasque de dere suis.
Neptuno Pinus sacras, Bellonius, atque
Coniferus, noluit laude carere sua.*

sempiterna fronde virentium diuifio.



Um arbores olim varia subministrarent comoda, summumque id potissimum, quod primum hominibus alimentum ante panis usum suggererent, earum unamquamque merito suis numinibus dicatam, in illorumque tutelam positam esse antiqui crediderunt. Fecit autem vsus communis, ut explorata eorum differentia habeantur. Arborum autem naturam eò magis prisca mirabantur, quòd sexu eas quoque discretas ac distinctas illi cernerent, adeò ut nullo negotio mas à femina dignosci posset: earumque differentias ita sedulo obseruarunt, ut alias dociles, alias indociles esse compererint: auguriis nonnullas ita destinarint, ut has faelices, illas infaelices ac prodigiosas iudicarent: sylvestres ab urbanis discreuerint, easque suis nominibus, quibus eas quoque nunc appellamus, donarint: urbanas potiss. cum syluestrium plurimas nomine proprio cautes comperiamus. Nos in tanta arborum multitudine ac differentia, cum id quod de earum historia ac natura certò comperimus describere vellemus, coniferas primum hoc seorsim libro posuimus, quibus singularum icones subnectere studuimus, reliquas verò in aliud tempus enarrandas asseruamus. Rem itaque totam ita partiemur, ut hoc libro coniferas primum, easdemque resiniferas, cuius generis, octo, Cedrus, Picea, Larix, Abies, Pinaster, Pinus, Sapinus, Cupressus numerantur, tradamus. Nam & si permultae arbores nobis resinam fundant, quales Terebinthus, Lentiscus, Succinifera, & id genus alia: nonnullas ta-

men, quia coniferae non sunt, in alium librum reieccimus, in quo de arboribus sempiterna fronde virentibus agemus, cum hoc primo libro de coniferis tantum scribere, & de iis quae abisdem arboribus petuntur paulò liberalius ut se res obtulit instituerimus. Proinde arbores quas sempiterna fronde virere cognouimus, sigillatim postea enumerabuntur. Eiusmodi autem sunt permulta Laurorum, Olearum, Myrtorumque genera, Mala medica, Citria, Cappares arborescentes, Aquifolia, Acacia, Cassia fistularis, Palma, Sena, Tamarindus, Andrachne, Philica, Balsamum, Buxus, Esculus, Serrus, Ephedra, Erica & Phana, Cistus, Ledò, Glàs vnguentaria, Hederà, Halimus, Henna, Ilex, Coccus, Iuniperus maior & minor, Lentiscus, Licion, Lanigera arbor, Libanotis coronaria, Sebesten, Sycomorus, Thuia, Suber, Taxus, Siliqua, Nerion, Oenoplia, Polemonia, Persea, Genesta Arabica, Tragium, Acacia altera, Myrobalani, Salvia pomifera, Anapalla. Multas quidem alias à veteribus huius generis decantatas comperio, sed quum planè confessum sit quasdam etiam sua folia exuere, ideo eas subicebimus, quemadmodum & fruticum multa genera, cuiusmodi Ruscus, Hippoglossum, & alia id genus nominantur, Thymum verò & Tymbram, quia frutices sunt nostris hominibus planè incogniti, & qui se elatius in aerem efferrunt his aduicere opera precium facturos putauimus. Theophrastus verò qui singulas arbores perpetuò virentes studiosissimè quæsiuit, pauciores habet. Capite enim decimo quinto libri primi de Historia, urbanas primum Oleam, Palmam, Laurum, Myrtum, Pini quoddam genus, Cupressum: ex syluestribus Abiitem, Piceam, Iuniperum, Taxum, Thuiam, Suberem, quam Arcades appellant Phellodryn, Philynam, Cedrum, Pinum, Myricam,

Buxum, Ilicem sylvestrem, Celastrum, Phyllicam, Acutam spinam, Apbarcam, Andrachnen, Arbutum, Terebintum, Laurum sylvestrem nominavit. Harum nos omniū sigillatim propriis capitibus descriptionem dantes, Icones quoque adponemus.

IOANNIS DV FLOS ATTREBATIS;
ad Petrum Bellonium Cenomanum Hendecasyllaba.


*Non est dicere quàm tuo labori
Debet Gallia tota: pernegare
Ausus qui fuerit, satis putabo
Hunc non (crede mihi) tenere mentis.
Nam tu parcere non tuo labori
Optas, scribere quem iuuat disertè,
Lingua non modò Gallica, sed ipsa
Romana, simili lepore iuncto,
Qua tot millia per periculorum
Externa in regione comperisti.
Hinc magnum tibi nomen, & fauorem
Multorum assequeris virum potentum,
Doctorem quoque quos lubens frequentas.
Cœpisti pede quo tibi sequenda
Hæc laus, quam nihil imperita turba,
Vel latum digitum, queat mouere.
Certus quod nimios tuos labores
Grata posteritas manus capeffer.*

SINGVLARVM RERVM QVAE
in hoc opere propriis capitibus descri-
buntur, Elenchus.



Romifcua de arboribus coniferis difceptatio.		leo, & de aliis permultis rebus quæ ab iisdem arboribus proficiſcuntur.	13
Folio	1	Noſtram vulgarem Mumiã (quæ antiquorum medicatum cadauer eſt) ex Cedria potiſſimum fieri ſolere, priſcorum auctoritate confirmatur.	14
Theophraſti & Plinii quæ de coniferis arboribus eſt in marem & ſœminam diuiſio.	Fol. 2	De pice liquida.	15
De alta Cedro, minoribus Cedris, & Cedria.	3	De Picea & pice dura.	16
De minoribus Cedris.	6	De Pinu.	19
De Phenica Cedro, ſiue Punicã.	7	De Pinãſtro.	20
De alia montis Gargani Phenica Cedro.	8	Tæda quid ſit propriè explicatur.	22
De Lycia Cedro, ſiue Retuſã.	eodem	De Larice.	23
Cedrinum ſiue acrium mel quid.	eodem	De Agarico.	26
Thuia arbor quid.	10	De Sapino.	27
De Sabina vtraque.	12	De Abiete.	28
De Cedria, Piſſaleo, Cedræ-		De Cupreſſo.	29
		Reſiniferarum ratio.	30

ANNOTATIONVM IN SIGNIORVM
quæ marginibus adscriptæ sunt
Index.

<i>A</i>			
	<i>Bies. folio</i> 1.3.16.20.	<i>Auctum.</i>	28
	27.29	<i>B</i>	
	<i>Abietis flos.</i>	<i>Betula cedriam facit.</i>	13
	<i>Abies femina.</i>	<i>Benacus lacus.</i>	23
28		<i>Brutia.</i>	15
<i>Abydus.</i>	14	<i>Brutes.</i>	13
<i>Aegis.</i>	3	<i>Brianfona manna.</i>	26
<i>Abiegnum oleum.</i>	31	<i>Bombicina manna.</i>	10
<i>Agaricum.</i>	25	<i>Brianfona manna.</i>	9
<i>Abies marina.</i>	29	<i>Bryon cedrinon.</i>	5
<i>Agaricum rarum inuentum.</i>	26	<i>Boscas pix visci modo lenta.</i>	15
<i>Agaricum femina.</i>	26	<i>C</i>	
<i>Agaricum mas.</i>	26	<i>Candida resina.</i>	31
<i>Agaricum autumnale.</i>	26	<i>Cedrus Lycia.</i>	11
<i>Agaricum vix sine noxa legitur.</i>	26	<i>Cedrus humilis.</i>	11
26		<i>Cedrelæon.</i>	15
<i>Albi montes.</i>	29	<i>Cedrium.</i>	13
<i>Aleuo.</i>	2.21	<i>Cedri Oleum.</i>	14
<i>Altera arbor vite.</i>	13.21.	<i>Cedrides.</i>	7.12
<i>Alterius sabinæ delineatio.</i>	12	<i>Cedria ossa durissima subit.</i>	14
<i>Amani & Olympi montium Cedrus.</i>		<i>Cedriam Galenus varie nominat.</i>	
12		15	
<i>Ambrunensis manna.</i>	9	<i>Cedriam mortuorum vitam dicunt esse</i>	15
<i>Arbor vite in hortu diuæ mariæ Parisiis.</i>	13	<i>Cedrus magna.</i>	14.20
<i>Angusti folia Myrtus.</i>	8	<i>Cedria.</i>	4.13.14
<i>Aristoteles de animalibus.</i>	10	<i>Chinna.</i>	21
<i>Arcentides.</i>	8	<i>Citrium.</i>	15
<i>Aues nucleorum pinastri voraces.</i>		<i>Claudius Cæsar.</i>	13
21		<i>Coni exiles piceæ.</i>	18

<i>Cortex picea, suberis vicem pensat.</i>		<i>Conus est pix liquida.</i>	22
18		<i>Coni pinastri.</i>	21
<i>Cortex pinastri conium refert.</i>	20	<i>Coni piceæ.</i>	16
<i>Cogna urbs.</i>	12	<i>Cupressus.</i>	25. & 29
<i>Cedrides pro iuniperi maioris baccis</i>		<i>Cupressina resina.</i>	15
<i>usa.</i>	8	<i>D</i>	
<i>Cedrus.</i>	7.9	<i>Decade Serbin.</i>	15
<i>Cedrula baccifera.</i>	6	<i>Dictæus mons.</i>	15
<i>Cedrula.</i>	4	<i>Diphij.</i>	1
<i>Celtis.</i>	3	<i>Duas Resinas in cedro.</i>	5
<i>Coni Abietis.</i>	1	<i>E</i>	
<i>Coni Cedri.</i>	1	<i>EX iunipero oleum fieri.</i>	13
<i>Coni Cedri.</i>	5	<i>Eluo.</i>	2
<i>Coni Cupressi.</i>	1	<i>F</i>	
<i>Coni Laricis.</i>	1	<i>Ficus.</i>	2
<i>Coni Piceæ.</i>	1	<i>Folia Cedri.</i>	5
<i>Coni Pinastri.</i>	1	<i>Fructus Cedri.</i>	7
<i>Coni Sapini.</i>	1	<i>Fructus Iuniperi.</i>	7
<i>Cotranum.</i>	8	<i>Ficus.</i>	23
<i>novæ dñi.</i>	2	<i>Folia piceæ.</i>	17
<i>Cyprinon.</i>	6	<i>Fontanæ blai Pinaster.</i>	21
<i>Calabrina manna.</i>	9	<i>G</i>	
<i>Caryinum oleum.</i>	15	<i>Aripotum.</i>	31
<i>Cedrus.</i>	23	<i>Genus pinearum tarentinum.</i>	
<i>Cedrelate.</i>	43	21.	
<i>Cedrelæon.</i>	7	<i>Gallia coniferarum arborum ferax.</i>	
<i>Cedrus rimam non capit.</i>	4	2.	
<i>Cedrus simillima Abietis.</i>	4	<i>Græcia pauciores arbores quam nostra regio agnoscit.</i>	1
<i>Cedrus vasta.</i>	3	<i>Granata manna.</i>	9
<i>Cedros supra niceam nasci.</i>	5	<i>Granulata manna.</i>	10
<i>Cedri Salomonis.</i>	4	<i>Gummi Cedri.</i>	7
<i>Cedri tubercula.</i>	5	<i>Glanis.</i>	13
<i>Cedria.</i>	4	<i>Gummi quid.</i>	32
<i>Cedrinum Vinum.</i>	6		
<i>Coronopus.</i>	11		
<i>Conorum piceæ differentia.</i>	17		

H		Larix.	3
Hellepontus.	14	Larix.	1
Hyena.	13	Latifolia Myrtus.	8
Hastula Conorum Cedri.	5	Laurus Alexandrina.	4
Hippocrates cous.	8	Leuci montes.	29
Hippoglossum.	4	Libanus & Leuci montes ab albedi- ne niuis diēti.	4
I		Libani.	4
Conium.	12	Ligni cedri bractea.	5
Ida Troadis.	15.17	Lotus arbor.	5
Iuli picea.	17	Luffon.	3
Ida mons Cretæ.	29.17	Lycia cedrus.	6
Idea.	2	Lycia cedrus.	8
Idea Picea.	2	Lycia cedrus.	7
Iouem melle pluere.	9	Lignum Vita.	21
Inniperi bacca.	8	Liquor melleus Laricis.	25
Idei Tedarij.	23	Lissa Illyria.	17
Imbecilla flamma grandi trabi non nocet	24	Locus apud Theophrastum quo Cæ- saris de Larice dictum deprehen- ditur.	23
Indica pix Asia, ex Ida mote Troa- dis.	16		
K		M	
Atranum.	13. & 14	Matuum Agaricum.	30
Kitran.	14	Mastiche.	26
L		Manna.	8
Argatum.	31	Manna apud nos Laricibus insidet.	
Larix.	19.20.23	9	
Larix folio deciduo.	24	Manna intra annos duos deterior e- uadit eodem.	
Larix circa Eni pontem vulgaris.	24	Manna Libani montis.	10
24		Manna quodammodo melli adsmi- lis.	eodem
Larix multa pharmaca promit. eod.		Maritima picea.	2
Lariciam apud Virgilium pro Nari- cia lege.	16	Mastichina.	9
Lapatum acutum.	4	Mastichina manna.	10
Larici folia decidunt.	1	Materies cedri aterna.	4
Larix.	5	Mel cedrinum liquidum.	9
Larix.	1		

Mel Cedrinum aridum.	9	Picea femina.	18
Mel cedrinum.	8	Picea diēti montis.	17
Mel è rore venit, non autem è flori- bus.	10	Picea Corcyrensis.	17
Mel non faciunt apes.	10	Picea.	20.23.27
Mel Syderum salina.	10	Picearum crucea.	18
Melesa.	2	Picem ex Picea fieri.	17
Minores cedri.	6	Pierica pix.	16
Monophij.	1	Pinaster.	20
Mons Gargani.	8	Pinaster in horto regis Fontanæblai.	
Mons Libani.	4	21	
Morueinc.	8	Pinaster egyptie viret.	21
Mons ater.	10	Pinaster.	16.23
Melesa.	24	Pinus syluestris.	22
Mons Tararæ.	16	Pinus satina.	16.19.20
Mumia vulgaris.	13.14	Pinus sua spontis.	19.20.23
Mysia.	12	Pini caudices in tubos canantur.	
		19.	
O		Pissaleon.	15
Oleosa resina.	30.31	Pithio camparum descriptio.	18
Oleum de cade.	15	Pityne.	16
Oleum cedrinum.	15	πίνος.	16.19
Oleum Taniperinum.	15	Pix liquida.	13.14.15
Oxycedrus.	7	Pix macedonica.	16
Cedrum Arcadiae.	5	Pix spissa.	15
Oxycedrus Lycia siue Retusa ce- drus.	7	Prima sabina.	12
		Prutia pix.	13
P		Quomodo Cretenses picem coquant.	
Palimpissa.	15	17	
πεύκος.	16	Picea duplex.	1
Picea planicie.	16	Picea sterilis.	2
Phenica seu punica cedrus.	6.7	Picea mas.	2
Picea in iugo montis Olympi.	17	Picea femina.	2
Picea montana.	16	Picea.	3
Picea feralis arbor.	19	Piccam Vrbanam syluestrem & ste- rilem.	2
Picea Tada.	26	Pinaster.	3
Picea mas.	18		

<i>Pinaster.</i>	3	<i>Sap.</i>	27
<i>Pinaster.</i>	1	<i>Sapinum.</i>	27
<i>Pinaster.</i>	2	<i>Sapineum.</i>	27
<i>Pinus.</i>	3	<i>Sapinus.</i>	27
<i>Pinus.</i>	1	<i>Sapinus.</i>	1
<i>Punica cedrus.</i>	7	<i>Sapinus.</i>	3
		<i>Sapinus.</i>	28
		<i>Sapinus.</i>	20
Q <i>Vid Galenus de Manna.</i>	10	<i>Sapin.</i>	27
<i>Quid Pinus à Picea distet.</i>	2	<i>Sapin.</i>	21. & 28
		<i>Sasaparilla.</i>	21
R <i>Abulana pix.</i>	16	<i>Scalferoni sunt ferrei vngues.</i>	26
<i>Radix picea.</i>	17	<i>Schiros.</i>	17.32
<i>Resina cedri.</i>	5	<i>Selago.</i>	11
<i>Resina olens fraga.</i>	3	<i>Semper viuum magnum.</i>	21
<i>Resina oleosa.</i>	5	<i>Septica medicamenta.</i>	14
<i>Resina liquida.</i>	31	<i>Seſtus opidum.</i>	14
<i>Resina picea.</i>	16.31	<i>Silueſtris Cupreſſus craſſior ſatina.</i>	
<i>Resina quid.</i>	30	12	
<i>Resiniſer & arbores que.</i>	30	<i>Silueſtris picea.</i>	2
<i>Ribes herba.</i>	4	<i>Spagas.</i>	16.30. & 32
<i>Ros Libani.</i>	9	<i>Spica celtica.</i>	21.4.
<i>Ruscus.</i>	4	<i>Strobilina.</i>	30
		<i>Suiſſe.</i>	2.27
S <i>Abina ſatina.</i>	12	<i>Suſterna.</i>	28
<i>Sabina ſilueſtris.</i>	16	<i>Sycca.</i>	23
<i>Sabina altera ad reſtudines expetita.</i>			
12		T <i>Acum lucis pecoris.</i>	15
<i>Sabina altera.</i>	8	<i>Tac.</i>	15
<i>Sabina alterius materies.</i>	12	<i>Tamarifcus.</i>	8
<i>Sandalum.</i>	6	<i>Taxus.</i>	12
<i>Sandalum malè pro cedro ſuſtituunt.</i>		<i>Teda.</i>	2.16.22.31.
6		<i>Teda poetis & virgilio celebris.</i>	23
<i>Sandaracha.</i>	8	<i>Teda picem liquidam & duram.</i>	
<i>Sap.</i>	28	<i>facit.</i>	13
<i>Sapinus.</i>	2	<i>Tedarj Cretenſes.</i>	17

<i>Thuſ.</i>	30	<i>mina aſſignantur.</i>	2
<i>Terebinthina.</i>	5.30	V	
<i>Ter-miabin.</i>	9	<i>Valerius cordus.</i>	10
<i>Theophraſtus de plantis.</i>	10	<i>Vallarica.</i>	23.26
<i>Theviaca cedrum admittit.</i>	6	<i>Venenum in pinorum erucis.</i>	18
<i>Thuris farina.</i>	8	<i>Vergue.</i>	2
<i>Thuya croco precium auxit.</i>	11	<i>Vernicis deſcriptio.</i>	32
<i>Thuya</i>	23.8.11	<i>Vermes enatos in conis cedri.</i>	5
<i>Thuya peregrina arbor.</i>	11	<i>Vernix liquida.</i>	31
<i>Thuya materies perpetua.</i>	11	<i>Vernix.</i>	8
<i>Sula.</i>	11	<i>Vernum Agaricum.</i>	26
<i>Sula.</i>	11	<i>Vnquentum cedrinum.</i>	7
<i>Tibulus arbor conifera.</i>	22.3.31	<i>Vrbana picea.</i>	2
<i>Triphij.</i>	1	<i>Vtres Cedria plenas.</i>	14
<i>Tria picarum à Theophraſto diſcri-</i>			

FINIS INDICIS.

Errata.

Folio quarto, pagina altera, pro *vix*, lege *nix*, hoc modo, in quo *nix* toto fere anno apparet. Paulo poſt, pro in *vinofis* tractibus naſci: lege *niuofis*.



PETRI BELLONII

CENOMANI, DE ARBORIBVS

coniferis, resiniferis, aliisque nonnullis sem-
piterna fronde virentibus, cum ea-
rundem iconibus ad vi-
uum expressis,

Liber Primus.

AD ILLUSTRISSIMUM DOMINUM,

D. Franciscum Oliuarium, Francia
Cancellarium.

Promiscua de arboribus coniferis disceptatio.



*P*ermultas arbores coniferas Græciam desiderare, qui-
bus tamen vel nostræ Galliæ mōtes scatent, paulò plu-
ribus infra indicabimus. Coniferae autem omnes se-
mine latissimè quidem proueniunt: sed nec auulsione,
nec surculo, nec propagine nascuntur, neque stolones
faciunt, neque alios nouere natales. Idcirco cum arbo-
res quæ toto suo habitu, (ut Theophrastus scribit,) sic-

Græcia
pauciores
arbores
quàm no-
stra regio
agnoscit.

ciores sint cuiusmodi sunt quæ Monophij, Diphij, & Triphij dicuntur, solo
saltem semine prouenire possunt, nisi à sua degenerent natura, quales Cupres-
sos in Creta iuxta Taram, multisque aliis in locis ab imis radicibus stolonibus
repullulare atque altos ramos promere vidimus, ideo coniferae neque surculo
nasci, neque auulsione propagari possunt. Tametsi singularum icones apponere
decreuerim, & descriptionibus persequi, Volui tamen promiscuam discepta-
tionem à me obseruatam prius veluti præludio inserire, quàm ut ad ea quæ ab
antiquis autoribus dicta sunt accederem.

Monophij
Diphij.
Triphij.

Piceam populatim in duplici discrimine etiam in Grecia nascentem vidimus, quibus nostra Gallia minime caret. Vtraque solo fructu seu cono discernitur. Ea autem quæ in altissimis montium cacuminibus niue obrutis nascitur, minor & pumila esse solet. Alterius item duo assignantur vestigia summa. Nam ea quæ in aprico campestri & tepido loco emicat, longiori cono & grandiori, semine constat contra quam altera graciliori. Abietem, Pinum & Piceam in Grecia affatim nasci, conspicat sumus, sed proximus Larice, Pinaestro, & Sapino caret. Omnes quotquot sunt resiniferæ arbores etiam à longè solo intuitu nullo negotio discernuntur. Siquidem quæ admodum Pinafter reliquis lætius viret, nec temerè alibi sylvestris nascitur, quam in supremis montium cacuminibus, in Pyramidisque modum turbinatur, ideo à reliquis hac nota ab vna conualle facile coarguitur. Desinit in mucronem: nam rami mox ab imo in gyrum crassiori compage spissantur. Larix serò folia recipit, cui vni ex his folia decidunt. Larici etiam situs est in montium iugis. Sed Sapinus, Picea & Abies sese in superciliis montium propagant. Abies præ cæteris odit frigora, cacumina tamen montis non respuit. Abies cuiuscunque generis sit, Sylvestri vel culto loco nata sabulum diligit, aut solum macrum. Picea in saxis liberius nascitur. Est & aliqua in conis harum differentia. Abies nempe inter omnes resiniferas (Cedro dempta) sola fructum fert versus cælum erectum, qui in extremis ramis exoriuntur vt Sapino. Citò post maturitatem desquamatur, decidunt enim squamæ relicta tantummodo reëta hastula. Sapinus contra pendulos fert conos, oblongos, teretes, terram versus spectantes, qui suæ arbori firmissimo hæsu conuectuntur. Hos amba teretes habent squamis gracilibus compactiles. Pinaestro autem cono turbinati sunt molles, rubicundi, qui sapore gratissimo, (qui in grauis interioribus inesse comperitur) ab indigenis valde comendatur. Vnde ab iis diligenter & leguntur & asseruantur. Picea autem fortiter caudici hærent, Laricis quidem maiores, cæteris autem omnibus aliis minores: nam in Larice conisunt cupressinarum pillularum magnitudine. Est (vt dixi) in omnibus resiniferis hæc differentia cognita, vt etiam à longè dignoscantur ac iudicentur: nam qui circa eas versari soliti sunt, ex ramorum serie caudicum colore & ordine, asperitate vel leuitate, foliorum textura, primo aspectu arborè agnoscunt: quod nobis in monte Tauro & Libano accidit. Nam Cedrelatè à piceis & abietibus eminens dignoscebamus. Larix verò folio est Cedrelatè tam simili, vt me etiam fecelent. Atquidè dilutus viror in larice conspicitur, qui statim eam coarguit. Picea inter reliqua genera non est ab imo ramosa, sed vt pinus in vertice diffusa atque multis anfractibus

Abies.
Pinus.
Larix.
Pinafter.
Sapinus.

Coni Abietis.
Coni Cedri.
Coni Sapini.

Coni Pinaestri.

Coni Piceæ.
Coni Laricis.
Coni Cupressi.

Larix.
Picea.

sinuosa. Pinafter conoidalem refert effigiem. Nomine omnes à nostris incolis proprio cognominantur. Pinastrum enim Aleuo vel Eluo vocant. Sapinum gallico vocabulo Suissam dicunt, Laricem verò Melessam, Abietem autem nunc du Sap, nunc du Vergue, nunc Sapin, picea du Pigné appellant. Resiniferarum omnium cono post vnam maturari incipiunt. Itaque maturandum est ei qui Abietis conos integros cupit legere: nam statim initio hyemis decidunt. Pinaestri verò cono iam statim circa Cal. Augusti ad maturitatem perduntur, perdurantque in arbore ferè vsque ad finem mensis, Eorum crassitudo est ad pugni magnitudinem. Ne vero ab antiquorum autoritate discedere videamur, nostram sententiam ex Theophrasti & Plinii de Coniferis arboribus disceptatione roborare volentibus ea aduicere visum est quæ iam ab ipsis de hac re dicta sunt.

Pinafter.
Aleuo.
Eluo.
Suissa.
Melessa.
Sap.
Vergue.
Sapin.

Theophrasti & Plinii, quæ de coniferis arboribus est in marem & foeminam, diuisio.



Alia montes coniferarum arborum multò magis quam Grecia feraciores percepimus. Siquidem præter Pinastrum, Pinum, Piceam, & Abietem Grecia coniferam arborem nullam producit.

Gallia Coniferarum arborum ferax.

Quod autem ita res habeat, præterquam quod ipsi quæsumus, plures etiam Theophrastus non enumerat. Etiam si centies Pinastrum & Laricem ab interprete apud eum additam legas cum tamen ille nusquam vtriusque meminerit. Coniferarum autem nomine seu resiniferarum, eas arbores (Theophrasti in morem) intelligo quæ à Grecis *νοβοειδύ* nuncupantur. De quibus antequam aliquid explicem, ea veluti preludio apponenda visa sunt: de quibus Theophrastus libro tertio de historia cap. 10. & aliis locis sparsim meminit. Hoc tamen primum animaduertendum esse duxi, quod in dictionum *πένυς* & *αίτν* interpretatione, viri etiam doctissimi hallucinati sunt quapropter cum ea quæ à Theophrasto vbi de Coniferis arboribus differit recenserem, verba græca inscribere opere præcium esse putavi, quæ ita habent *πένυς γαρ τὸ ἔθν ἡ περὶ πένυσι, τὸ δ' ἄγρον*, id est. Picearum (inquit) aliam Urbanam aliam sylvestrem assignant: addit præterea Sylvestris binum statuunt genus, quorum alterum ideam, alterum maritimam vocant. Harum reëtia, celsior, materia quæ crassior Idea, folio tenuiori imbecilliorique maritima, & cortice leuiori, utlique ad coria, quo alteri minus. Nux maritima rotunda, breuique dehiscens Idea oblongior, viridis, minusque hiscens tanquam sylvestrior: li-

νοβοειδύ
Tria Picearum à Theophrasto discrimina assignatur.

Urbana
Picea.
Sylvestris
Aris Pice.
Idea Pice.
Maritima Pice.

Idea. gnium maritimæ validius: nam eas quoque terrenorum differentias sumi par
est. Haud enim incognita sunt usus causa, Idea namq[ue] crassiorq[ue] stat, ut
retulimus. Ad hæc picem ipsa omnino copiosius præbet. Pix nigrior, dulcior,
tenuior odoratq[ue] gratior sentitur, dum cruda est. Decocta verò deterior euadit,
quoniam multum habeat serum. Sed quæ isti nominibus propriis distinguunt,
alij mare, fœminâq[ue] diuidere solent. Macedones verò etiâ genus quoddam
Piceæ sterile dicunt, & marem breuiorem, folioq[ue] duriozem, fœminâ
proceriorem, foliis pinguem mollem procliuioremq[ue]. Mari lignum circumcincta
medulla duram, & operi fabrilis enersale, Fœminâ tractatû omnino
facile atq[ue] mollius. Quod quidem omnium ferè marium fœminarumq[ue] publica
differentia est, ut cælores materiæ assenserant. Quippe omnis mas securi
breuior & contortior, operisq[ue] difficilior est: colore nigrior, fœmina procerior
atq[ue] facilior. Quod autem Aegidem appellat, picea fœmina gignit. Id autem
est cor eius. In veteribus maxime arboribus proueniens. Ratio quod
minus piceosa, minusq[ue] tadam ingerens, & leuior cursuq[ue] venarum
probius est. Fit in arboribus magnis cum prostrata parte candida & circinante
putruerint. His enim detractis medulla relicte securis adigitur. Est decolor
omnino neruoq[ue] tenui compacta quam Idei Tædani ficum appellant. Quod
verò pinis subnascitur, colore tæda rubidius maribus potius inest, odoris
grauissimû, nec tædam redolens, nec flagrans, sed ab igne dissiliens. Igitur genera
Piceæ hæc assignant, urbanum atq[ue] syluestre. Syluestrisque marem & fœminam
ac tertiam sterilem. At Arcadia incola nec sterilem, nec urbanâ Pinum
appellant, id est Pinum esse dicunt. Etenim caudicem euidentiore esse Pinum,
ut pote qui gracilitate non careat & operibus ipsam materiâ ineptam.
& lenior & excelsior est. Folia quoque, Piceæ multa, pingua alta flexaq[ue]
habere, Pinum autem etiam comferam ipsam pauca squalidiora horentioraq[ue].
Piceam autem euidentiorè: paucam enim atq[ue] amaram ut etiam coniferam. Pinum autem copiosam bonique
odoris. Nascitur Pinus in Arcadia pauca, sed circa Aelium agrum
multa. Igitur in genere toto discrepare videntur. Pinus verò ea quæ
ratione distare à Piceâ videtur, quod picea pinguior, folio tenuior, magni
tudine minor, erectaq[ue] minus assurgit. Præterea quod conum minorè horridio
rèq[ue] nucleum resina rosidiore ferat. Ambabus folia capillata & materies cadi
dior similiorq[ue] Abieti, atq[ue] in totum minus a piceosa. Magnâ & hæc
ad Piceam differentiâ habet. Picea enim adultis radicibus nunquâ regerminat.

Pinum regerminare quidem affirmant, ut in Lesbo accidit incenso monte
Pirtheo, qui id est pinibus scætet. Morbû Piceis accidere tale Idei
incola narrant. Cum non solum cor, sed etiam pars externa caudicis in Tædâ
transierit, tunc strangulari quodâ modo, quod sponte accidit ubertate arboris
largissima, quoad quis cõiectare possit. Tæda enim in totum efficitur. Ergo hæc
Piceæ quædam propria affectio est. Abies quædam mascula, quædam fœmina est.
Distat inter se foliis, mari enim acutiore, magisq[ue] pungentia flexaq[ue] magis.
Quamobrem aspectu crispior tota arbor videtur. Quin & materia differunt. Nâ
fœminæ cadiodior, mollior, operibusq[ue] facilior: atq[ue] totus caudex procerior.
Mari autem variator, latior, durior, medulla refertior, atq[ue] in totum aspectu
deterior. Nuci maris pauci nucleis parte priore insunt, fœminæ nulli omnino ut
Macedones referunt, foliû pinnatû atq[ue] in angustius tendens, ut tota arboris
species cõcameratu quoddâ opus imitetur. Simileq[ue] potissimo Cyatis Boxotorum
appareat, densum adeo est, ut nec niuè nec imbrè transmittat. In summa arbor
forma decora est, quippe geminatio quædam peculiaris nunc præter alias agitur
(ut retulimus) solaq[ue] ordinè seruat. Est magnitudine excelsa, longèq[ue] Pino
procerior. Distat etiâ ligno nõ paulû. Nâ Abieti neruosum, molle, leniq[ue]. Piceæ
autem tædaceum, pòderasum atq[ue] carnosius. Nodi plures Piceæ, sed duriores
Abieti. Quin & reliquis omnibus ferè duriores, quanquâ mollius lignû est.
In summanot densissimû, solidissimû patetiorèq[ue] Abieti, atq[ue] Piceæ, colorèq[ue]
tædæ proximi, & maxime sui generis, piceaq[ue] magis quam Abieti. Habet ut
Picea Aegidam. Ita Abies album dictum Luffon veluti Aegidi respondens, nisi
quod id habet albu. Aegis verò gratius colorata est, quoniam tadam gerit.
Spissum hoc, & candidû pulchrumq[ue] ex arboribus iâ vetustioribus gignitur,
sed frangi, inuètu varû, vile copiosum. Faciunt ex eo tabellas picturias
atq[ue] codicillos plures, lautiorèq[ue] & materiæ præstantiores. Arcades
ambo Aegidam vocitant, tã Piceæ quam Abietis, & copiosiorè esse Abietis
volunt, sed meliorè Pini. Abietis enim tota cõmodam, leuè spissamq[ue], Piceæ
verò exigua & crispiorè, robustiorè, in totumq[ue] meliorè. Sed hi inter se
non dissentire videtur. Abies verò differētis illis à Piceâ distinguitur ac etiâ
circum auctione siue agnatione quâ superius diximus. Hæc ille. Eodem modo
mihi etiam nunc quas Plin. enumerat dicendum. Sex genera resiniferarum
cognatarum arborum, inquit, in Europa feruntur. Hactenus Magnus olim
resinarum & picis in condiendis Vinis usus fuit, quem pleriq[ue] etiam in
Oriente in hunc usque diem retinent. Ideo Plinius addit, ut simul, inquit,
tota condiendi Vina origo cognoscatur. Tor autem ab eo enumerantur.

Abies mascula.
Abies fœmina.

Luffon.
Aegis.

Abies.

Pinus.
Abies.
Pinafter.
Piceaster.

Pinus, Abies, Pinaſter, Piceaſter, Sapinus, Picea, Tibulus, Larix, Tæda. Ego tamen Tædam eandem cum Picea eſſe poſtea indicabo, quanquam Sapinus. „ poſt Laricem, quam quinto generi ordine conſtituit, Tædam iterum ſexto ge-
 Picea. „ neri in hunc modum adſcripſerit. Sextum genus eſt Tæda proprie dicta, inquit,
 Tibulus. „ abundantiore ſucco quam reliqua, parciore, liquidioreque quam Picea, ſlammis
 Larix. „ ac lumini etiam ſacrorum grata. Omnium ferè reſiniſerarum materies accen-
 Tæda. „ ſa, fuliginem multam, eamque nigerrimam ei aculatur, & carbonem repente
 expuunt cum eruptionis crepitu, ei aculaturque; longe, inquit, excipiens Lari-
 cem, quam nec ardere, nec carbonem facere nec alio modo ignis vi conſumi
 Piceaſter. „ poſſe quàm lapides putat. Sed nos de hac re poſtea ſuſius. Piceaſtrum arborem
 in Hyſpania quoque naſci tradit, cuius reſina minimè laudata ſit, quòd ama-
 ra & arida ac gratis etiam odoris percipiatur.

De alta Cedro, minoribus Cedris & Cedria.

Cedrus va-
 ſta. „ Cedrorum cum plures ſint ſpecies, varia eſt de eis apud authores
 ſententia. Alta Cedrus tam vaſta & magnitudinis arbor eſt, ut nõ
 tantum reſiniſeris arbores coniferasque excellitidine excedere
 videatur, ſed etiam omnes alias que in orbe ſunt amplitudine vincat. Compo-
 ſitum eius nomen Greci ab Abiete & Cedro Cedrelaten vocauerunt. Elate
 enim Grecis idem eſt quòd Abies. Cedrelates autem amplitudinem, quantam
 Cedrus ad eſſe diximus, veterum quoque autoritate docere poſſumus. Nam ſi ex ea reſes
 claſſes. „ Aegypti claſſes in Syria feciſſe conſueuerant, ut Herodotus primum, deinde
 „ Theophràſtus & eum ſecutus Plinius ſcribunt, non oportuit pumilam fuiſſe
 „ arborem. Plinius enim lib. 16. cap. 39. hac de Cedro magna habet. At in Ae-
 „ gypto ac Syria, inquit, Reges inopia abietis Cedro ad claſſes feruntur. Vi. Ma-
 „ xima ea in Cypro traditur ad vndecimè Demetrii ſucciſam, triginta pedum.
 „ Craſſitudinis verò ad trium hominum complexum. Theophràſtus eadem ferè
 „ verba in hunc modum habet. Materies autem vnaqueque pro loci natu a,
 „ inquit, ſuam obtinet diſcretiam. Nam alibi Celtis, alibi Cedrus miranda ſ-
 „ ſurgit, ut videre in Syria licet. Illic enim Cedri in montibus cum longitudine
 „ tum craſſitudine præſtantiffimè exeunt: quippe adeo craſſeſcunt, ut ſint, quas
 „ vlnæ hominum quatuor nequeant amplecti. Addunt his ampliores pul-
 „ chrioresque comperiri in hortis. Quod ſi quis ſinat, nec cadat, mirum in
 „ modum quodque arborum genus, modo ſibi proprium habeat ſolum, ex-
 „ creſcere poſſe videtur. Itaque quod in Cypro reges cum ex imperitia,
 „ tum ex tranſuehendi difficultate, nunquam materiam ceciderunt, lon-

gitudò iis que ad vndecimè Demetrii Regis caſa ſunt, paſſuum tre-
 decim. Ligna autem mirificè provera, enodia, lenia ſed ampliffima ma-
 gnitudine arbores, magnòque diſcrimine cæteris excedentes naſci in Corſica
 produunt. Haecenus. Eius quoque materies omnium maximè æterna eſſe com-
 perta eſt claro de omnibus materis iudicio in templo Dianæ Ephēſiæ, ut pote
 cum tota Aſia extruente quadringentiſ annis peractum ſit. Conuenit tectum
 eius eſſe de cedris trahibus, de ipſo ſimulachro de æ ambigitur. Memorabile
 & vtiç eſt templum Apollinis vbi Numidicarum Cedrorum trabes Plinii tem-
 pore. Ut poſita fuerant durabant prima vrbis eius origine centum octoginta o-
 cto. Et in Hiſpania Sagunti aiunt templum Dianæ Zacinto aduēta condi-
 toribus annis ducentis ante excidium Troiæ, infraque oppidum ipſum id ha-
 beri, Lacunaria ex ea Ephēſi in æde & in cæteris nobilibus phanis propter æ-
 ternitatem ſunt facta. Illa ſiquidem neque rimam neque ſiſſuram capit, quo-
 niam ſponte adacti clavi tenax non eſt. Cedrus ſimillima eſt Abieti, ut me-
 ritò ab Abiete nomen habeat. Huius etiam meminit Dioſcorides in capite de
 Agarico, Agaricum (inquit) gignitur in Galatia, Aſia & Cilicia in Cedris.
 Præterea in capite de Cedro idem autor arborem eſſe magnam intelligēs hac
 verba ponit: Cedrus arbor magna eſt, ex qua picem colligunt que Cedria vo-
 catur. Hæc ille Theophràſtus porò eam quatenus arborem. Cedrelaten vo-
 cat, ſed quatenus frutex eſt Cedrulā, de qua poſtea agemus. Celebrata eſt hæc
 Cedrus propter ſcripturas ſacras, & poſiſſimum quòd è monte Libano petatur
 celſitudine impari. Ex cuius caudicibus, trahibus & materia Salomon tem-
 plum, quo diutius perduraret, æternitati crexit, cui columnas & cardines è
 Cedro fieri iuſſit. Eorum ſententiam qui maioris Cedri duas conſtituunt ſpe-
 cies mihi ſequendam non putavi, ut alteram ſterilem, alteram florentem &
 fructiferam conſtituerem. Sed qualem ipſi vidimus ita deſcribere viſum eſt,
 ut nihil omitatur. Nam quiſquis ex Tripoli Syriæ vrbe, que ad montis Liba-
 ni radices ſita eſt, exceſſerit, & verſus montem contenderit ſpatiumque me-
 dij diei peragraverit, tandem cum ſedecim milliaria per conualles verſus iugum
 contenderit, celeberrimum diuæ Mariæ Maronitarum ſive Monachorū cœ-
 nobium offender, quod in cõuallibus ſitum eſt, ab eo ſcanditur per ſupercilium
 montis vſque ad quatuor milliaria priuſquam ad Cedros perueniatur, Maroni-
 tis Chriſtianos peregrinos ſemper comitantibus, ut cedros montis non in altiori
 tamen iugo, ſed in decliui ſitas oſtendant. Quarum & ſi magnus non ſit nume-
 rus creduntur tamen viginti & octo eſſe, plus minus. Nam alioqui difficul-
 ter computantur, diſtantes à ſe inuicem tribus aut quatuor paſſibus. Hæc Da-

Cedrus ri-
 mam non
 capit.

Cedrus
 ſimilli-
 ma Ab-
 ieti.

Cedria.
 Cedrela-
 te.
 Cedrula,

Mons Li-
 bani.

Cœnobii
 montis Li-
 bani.

Cedri Sa-
 lomonis.

Libanus &
Leuci mō-
tes, ab al-
bedine ni-
uis dicti.
Ribes her-
ba.
Spica Cel-
tica.
Lapatum
acutum.
Laurus A-
lexadrina.
Hippo-
glossum.
Ruscus.

masci Archiepiscopus easdem esse quas Salomon sua manu consequit atque in quincuncem ut nunc sunt ordinavit nobis persuadere conatus est. In media montis huius valle, ubi nulla alia arbor, emicat loco frigidissimo sitæ sunt, in quo etiam vix toto fere anno apparet, adeo ut illuc nisi æstate perveniri vix possit. Nam Libanus mons ab albedine nivis quæ toto anno illi insidet ex quo semper albus apparet dictus est, quemadmodum & Leuci montes in Creta. Quod si à Cedris paulo altius usque ad præcipitiū montis scanderis, Ribes herbam tandem illic nascentem plurimam videbis. Ribes porro herba spicæ Celticæ in nascendi modo aliquo pacto naturam refert, siquidem ea sub nivis fere perpetuò degit, folio Lapati acuti prædita ni grandius esset & rotundius, & ad papyrus accedens. Bacchas fert ex sinu medio foliorum rubras, ut in Lauro Alexandrina, Hippoglossò & Rusco conspicimus. Septena ut plurimū à radice assurgunt folia, in quorum medio fructus veluti racematim depēdet. Ex quo is succus qui exprimitur turbidus est lactis quæ albedinem habet. Ideo aliquantisper sibi & in solari decet, donec clarescat & depuretur. Ex hoc enim Syrupus conficitur natura frigidissimus. Ista de functione, ac veluti per transennam de hac stirpe, quæ nobis rara est dixisse volui. Serapionis auctoritate fretus, qui eam in montibus tantum tractibus nasci & montibus frigidis scripsit. Cedrus scandentibus ramos porrigit scale modo, non enim longe a terra absunt, adeo ut cum vir unus alteri porrigēs humeros præbueris scandendi aditū, ubi is primum ramū attingit, facillimè inde ad fastigiū pervenire possit. Montis autē semper est, ut advenæ secū arboris conos auferant. Qui monasterio montis Libani præfectus est, Patriarcha vocitatur. Eius imperio paret Episcopus Damascenus, quæ ex more Damasco solvere die decima quinta mēsis Augusti oportet, ut ad monasteriū Libani proficiscatur, ac sacrū, cum eò Ventū est, in honore assumptionis virginis Mariæ Græco more celebret. Nā tūc multi alij Christiani ex Tripoli urbe illuc sese recipiunt. Montis culmen, quod perpetuò nivie obruatur, pauci admodum homines, ut mihi retulerunt, conscendunt. Rectissimæ verò & excelsissimæ montis Libani arbores, & ab imo ramosa abietem primo aspectu referunt. Sed quia plurimum sunt sinuosa, caudex etiam conspicuus inter ramos apparet. Quos ita æquabiles habet, ut arte pressos filicis modo gerat. Tota arboris facies ab imo sursum usque in exilitatē tendit, quandoquidem rami latè circumfusi in orbem circumspatiantur qui demceps ab imo ad iuga minores evadunt. Quæ causa est cur arbor hæc eminens conspecta in metæ modum turbinata appareat. Cedros quas in Amano & Tauro vidimus eandem cum prædictis habere similitudinem comperimus. In humidis nasci,

dis nasci, quemadmodum picea, oblectatur, atque etiam conualles humorem habentes sequi. Idcirco ad torrentium oras, & circa præruptissima declivia reperiri solet. Ea autem ubicunque terrarum proveniat, mox à terra ramosa assurgit rectissimo caudice atque excelsissimo prædita, cui ita rami transfuersi hærent, ut arte infixi appareant, quasi ad scandendum squalmos præberent. Omnium rami tam latè diffusi spatiantur ut arte sub prelo lenigati videantur. Tota arbor abietem æmularetur, nisi caudice supra modum glabro vestiretur, hoc dempto quòd anno sa arbor dum est, aliquando caudicem rimis hiulcum ferat. Resina scatet liquida, eaque alba, quæ tandem ad solem durefcit, atque retorrada fit. Commanducata nihil prorsus amarulenti, nec grauis odoris præ se ferens, sed detribus mirum in modum hæret. Cedrus tenella, cuius caudex nõdum rugosus cõtraxit, tota tuberculis scatet, atque ut in Abiete transfuersis oleaginoso humore scatentibus, ita ut à solo viro unica tantum die media libra legi possit. Sed oleum istud quod nullum in medicina usum habeat excipi non solet; Qui apud me liquorem istum viderunt, quem ex prædictis montibus attuleram, ei prorsus similem esse pronuntiabant, quem Dioscorides oleosam resinam vocat. Vulgus sed falso Terebinthinam Vnetianā appellat. Color corticis Cedri maioris ex Ciano in opacum liuet, ut Loto arbori & ab uno caudice à terra ad ramos primos asperitate ac scabritie horret: Nam reliquum caudicis sursum ita glabrum est, ut arte politum dicas, qui si lenius vingue scalpatur, viridis apparebit. Sin autem profundius vulneretur, ruber. Cortex crassus admodum non est, ex quo resina sua sponte emanat. Ideo quoties Cedrum conscendi, siue in Amano siue Tauro & aliis prædictis montibus, & manus & vestem hac tenaci resina ita infeci, ut inde solui nunquam potuerit, sed ne ex manibus quidem nisi oleo calido. Rami sursum repandi oneri pertinaciter renituntur, sed Myrthi in modum cum plicantur, valido crepitu fragiles uno ictu dissiliunt. Minores rami pectinatim in filicis modū utrinque ex maioribus oriuntur. Folia autem, ut in Larice, obtusa, brevia, crebra, angusta, ab uno surculo exorsa quadraginta vel quinquaginta simul, serie quadam in ordinem disposita surculum radiantia pictoris penicillum referre videntur, odorata subacida, & cum leui amaritudine adstringentia. Sola Cedrelate inter arbores dempta Abiete conos in cœlū redentes mittit, qui quidem Abietis similes crassiores duriores ac multo maiores essent, quinque vel senum digitorum longi sunt, turbinati compactili squamarum compressarum congerie coagmentati, atque obtusi, ex cinereo fului, comis pini aliqui graciliores, tam firmiter ramo hærentes, ut à parente diuelli non possint, nisi à uulsa secū

Cedri tubercula.

Refina oleosa.
Terebinthina.

Loto arbor

Refina Cedri.

Folia Cedri.

Coni Cedri.

arboris parte Coni porrò dum hiantes se pandunt paulatim diffisi roribus & pluuiis decidunt, relicto in ramo pediculo firmo & tereti in hastula recta modum, quæ per medium coni traducebatur, & cui squamæ inhærebant. Plinius de huiusmodi hastula libro decimo sexto capite duodecimo mentionem facit. Ut in cæteris, inquit, quoniam & hastula in fructu est. Hæc ille. Cedrus semen habet Abieti simile non Vinaceo maius, dulcis saporis ut pineæ, ad cuius latus oleosum quidpiam includitur odoratissimū. Hastula squamas non prius exiit quàm conus duos annos excefferit. Quem integrum annū fert antequam mature scat, quod hyeme potissimum fieri solet. Duas profert resinas quemadmodum & Abies, alteram in tuberculis liquidā, de quā antè diximus, alteram sua sponte exudantem, quæ cum retorrída sit nanibus admoda fraga redoleat, odoratā quæ gustanti percipitur, Sed ita pertinaciter dentibus inhæret, ut non nisi cum difficultate auferatur. Confunduntur sæpenuero Oxycedri, qui minores sunt, cum maioribus. Nam cum Plinius Cedrum Arcadiæ, arboris similitudinem referre scribat, quàm Phrygiæ potius fructicæ vocant, de hac Cedro intellexisse videtur. Quum autem ad pices faciendas idoneam & ex qua quæ Cedria vocatur, qua defuncta corpora conseruantur incorrupta fieri solet, Cedrum magnam, quam Cedrelaten vocat, intellexit. Vbi verò alio loco montes amare Cedrum dixit, & inter Larices & resiniferas arbores collocauit, tunc etiam magnam Cedrum significare voluit. Hoc affirmare possum Cedrum magnam nusquam in Creta nasci, quod eius loci montium culmina, conualles, & quas habet insula syluas diligentissimè lustrauerim. Audiri tamen à quibusdam fide valde dignis hominibus Cedrum magnam supra Niceam in montibus nasci. Conos Cedri vermibus esse obnoxios cõperi, quemadmodum & Sapineos, qui Cysindeli crassitudinem referunt, digiti transversæ longitudinem habentes, Caput illis formicæ, sed compressius. Duodenis intercipiuntur loricarum intercapedinibus, pedes in anteriori parte utrinque terni, ut Scolopendria, quibus ambulat. Reliquum autem corpus totum teres, quod sine pedibus est, Lumbrici modo serpit, ita ut media parte Serpens, anteriori autem parte gressilis appareat circulos antennarum modo, ante binos gerit, ventre crassiori ad caudam in mucronem tendente. Cedri ligni braetæ olim Romæ in magno pretio extiterunt. Nam cedrinum siue Cedri materies præcipua erat, cuius operimeto alia materies vestiebatur, ut hac illa muldò angustior redderetur. Fuit & Bryon Cedrimon teste etiam Dioscoride unguentis commendatissimum. Pani arentes sunt muscoso Vilo cani, non in cortice modò, verum & è ramis dependentes longitudine cubitali, odorati, qui ut

unguentis miscentur, sic etiam oleis in spissandi gratia inseruntur. Vnde nostri ab inscitia arcendi sunt, qui cum puluerem odoratum componunt, quem Cyprinum vulgus vocat (Poudre de Cypre,) nefando errore capillitriū quoddam flauum, putidum, pro musco hoc assumunt. Quod autem Cedrus ad pices faciendas idonea fuerit, liquet ex Plinio, qui lib. 14. cap. 20. Arborū, inquit, succo manantium picem, resinamque aliæ ortæ in Oriente, aliæ in Europa, ferunt, liquidam omnes tantum resinam, crassiores verò & ad pices faciendas Cedrus. Præterea Cupressus, Ebenus, Lotos, Buxus, Taxus, Iuniperus, Oleaster, atque etiam Olea non minus quàm Cedrus rimam sponte non capiunt. Non est prætereunda quorundam nostri temporis, vel medicorum inscitia, vel Pharmacopolarum ignauia, qui Sandalum nulla ratione vulgò Cedrum vocant, ut nunc ex inscriptionibus in pixidibus officinarum videre licet, quibus pro Sandalo Cedrum inscribunt. Nullam autem Sandalus cum Cedro habet affinitatem, cuius vel hoc indicium est, quod Sandalus sit odoratissimus, & à neotericis Arabibus tantum cognitus. Sed error hinc emanauit, quod cum Theriaca Cedri ramos admittat, quibus illi caret, ut solertes sunt in uoluntate. o. uenos substituendis, Sandalon pro Cedro assumunt, cum tamen de minoris Cedri ramis id esset intelligendum. Ut autem Cedrum magnam omnibus palam faciam, eius Iconem qualem nos etiam sub arbore delineauimus, hic apponendam curauimus.

Cyprinum

Sandalum

Theriaca Cedrum admittit. Sandalum malè pro Cedro substituit.

B ij



De minoribus Cedris.

Cedrus maior.


Minores Cedri.

Cedrula baccifera.

Cedrinum vinum.

Lycia Cedrus.

Phenicea Cedrus. Montis Gargani Cedrum phenicea.



In hoc prioro libro de coniferis tantum arboribus scribere statutum erat, tamen bui amulæ ab autoribus Cedrorum species, enumerantur & minores iste nõ conofed baccas ferat, & proposita rei congruunt, immortalique pube virêt, visus est hic mihi locus idoneus, vt post magnam, reliqua quoque genera describerem. Theophrastus qui longo tempore præcessit Pliniũ, differentias multas indicauit, quas Dioscorides quoq; non ignorauit. Scribit enim capite quadragesimo lib. quinti, quod è minoris Cedri fructibus Vinum fieret nomine Cedrinum. Cuius verba Plinius lib. 14. cap. 16. eodem ferè modo recensuit. Minoris autè Cedri duo sunt fastigia summa, quorum Lycia scorsum à Phenicea postea describetur. Phenicea huius Cedri bacca edules sunt, nucis ponticæ magnitudine: Siquidem Phenicea Cedrus in Gargano Calabriae monte proueniens, Iuniperi maioris baccam magnitudine producit. Quæ verò alibi nascitur maiores drypedibus non facit. Baccas cedri in Gargano mote natus, sunt qui credant Iuniperi ma-

ioris esse, falsa quadã opinione ducti Phenicea à Phenice regione nomẽ habet, quod vocabulũ Gaza Punicã vertit. Sed mihi visum nõ est Punicã eã vocare, sed potius nomen Grecum retinere. Phenicea autem, ab aculeorum rigentiũ in extremis mucrone, Oxycedros à Græcis dicta est, Lyciam verò à foliorum tenuitate obtusorum, Retisam ad differẽtiam alterius vocare malui. Hac à Lycia prouincia nomen habet. Punicã Cedrus antiquũ nomẽ retinet in Creta, quam pullatum vulgus Cedri nomine appellat. Minorem istam Cedrum Plinius Pheniceam appellat Iuniperi similem. Cuius (inquit) duo sunt genera. Punicã & Lycia. Horum fructus Cedrides vocantur, quibus olim in sacris fumigandis templis vtebantur, nec thure tunc supplicabatur. Cedri tantum & Citri suorum fructum, in sacris fumo conuolutum nidorem, verius quam odorem nouerant. Fuit & Vnguentum Cedrinum in antiquorum vsu. Cum itaque ego Cedrum acutam Pheniceam vocem, Lyciam verò Retisam, proximum est vt ambas singulari descriptione persequar. Quod autem discrimen inter vtrãque insit, satis ex Theophrasti cap. 12. lib. 3. de hist. liquet. Plinius autè Pheniceã describit, ramosam eã facit, & nodis infectã. Lyciã porò odore præstatiore, In his certè Theophrastũ secutus, subiungitque ambas fructum ferre dulcis saporis, myrthi magnitudine. A Phenicea autem ordiendũ suscepi.

Punicã Cedrus. Oxycedrus Lycia siue Retusa Cedrus.

Vnguentũ Cedrinũ.

Phenicea Cedrus. Lycia Cedrus.

Phenicea Cedrus siue Punicã.



Audicem hac contortum habet, scabrum, cute verius quam cortice vestitum, quæ in filamenta tenuia, longa & lata scinditur, vt Lemniscæ sibi inuicem accumulantes potius quam verè cortex dici mereatur. Sempiterno virore prædita est. Hyeme tamen quàm æstate spectatior atque alacrior. Ramos diffusos mittit firmos, cõtortos, & surculosos. Hac Iuniperi, modo aut Lemnisci semper fructu grauis deprehenditur, vt anniculus succedat nouus, id est & nouos simul cũ veteribus ferat. Cedrides vocantur, tanta dulcedine præditi, vt incolæ cũ pane famè illis arcere possint, qui initio veris cũ pullulãt virides produntur, mox ex viridibus fului sunt. Postremò iam adulti & maturi rubent. Flovere hæc nequaquã cõperitur, neq; ei floris illũ rudimentũ apparet, nisi illic futuri seminis vestigiũ, vt fructus iam grandis sex squamulas in gyru habet. Sic etiam seminis rudimentum quod iam floris loco emerferat, tres squamulas initio iuxta pediculum profert, quæ ipsius bacca corpus ambiunt, deinde cum paulò maior excreuit, aliæ squamulæ prioribus intertextæ baccam cõponunt, vt tandè sex squamulæ baccã circũsidetes perficiãt. Sic in bacca granulã alba triqũ figura

Phenicea siue Punicã Cedrus.

Cedrides. oleo subamaro scæterea & odorato includuntur. Baccæ autē quæ Cedrides nominantur, medullam saporis quidem dulcissimi habent. Nam quicquid amarulenti percipitur id granis interioribus referendum est acceptum. Cum autē exacte maturuerint dulciore multo euadunt. Ab animalibus etiam noctu atque etiam interdum edi solita, ut à Melibus, Quod quidem ego in nigra Corcyra verum esse comperi. Si quidem cum noctu sub Dio inter istas arbores dormire vidi Meles ipsas arbores humiles & coma patulus conscendere, atque se istis baccis explere, quas postea integras egererent, unde mihi coniectare licuit eas quam minimum præbere alimenti. Floccos in se continent qui granula quatuor ambiunt Foliacius oblonga quidem sunt dorso eminentia cunctellato, fere trigona, in mucronem desinētia, unde ei Oxicedri nomen est lineis duabus albicantibus relictis diducta. Tria autem folia ex sulculo stellatim decussantur, quæ circuli instar in girum radiantur, & ut dixi demceps per ramos diffunduntur, in quibus singulares nascuntur baccæ. Cedri huius materia rubet, & cupressum olet, in qua nulla prorsus inest medulla quæ conspicua sit: gustata nullam odoris gratiā refert, Sapore tamen ad cupressum accedit. Folia gustata adstringunt, & subamara sentiuntur. Gummi exudat durum, perspicuum, ut Mastiche, (nostri falso sandaracham alij vero vernicē nominant) quibus tanta inter se affinitas est, ut si commixta simul essent vix discernentur, nisi hac nota ab eo deprehendas Mastichen: nam Mastiche commanducatum ore coit, Gummi autem Cedri diffunditur, & in partes tenuissimas redigitur, quod in ore amplius nō coit. Sic de Cedro Herodotus scribit. Non lauant, inquit, Scythæ corpus, sed vxores eorum infundentes aquam corpora ad lapidem aliquem scabrum conterunt Cypresso, & Cedro, & Thuris ligno. Deinde perfrictum corpus cum intumuerit, illud faciēque medicamentis oblinunt, id eas simul bene olentes facit. Ex Cedri malis Plinius oleum posse fieri scribit, quod Cedraleon vocat: nam, ut dixi, baccæ oleosam in se continent materiam. Has tamen esse edules nemo dubitauerit, quod illas Galenus inter alimenta inserat. Est enim reuera dulcis saporis fructus Cedri qui Cedris dicitur (inquit) colore quidē & figura fructui Iuniperi est similis (substantius enim est ac rotundus) dissidet autem ab eo acrimonia. Nec multum abest quin hic fructus ex genere sit medicamentorum, quæ nullum præbeant corpori alimentum, nisi quis ipsam aqua macerarit. Omnibus enim acribus, id est fructus Cedrorum fructus, ut fructus Iuniperi durior est ac siccior ita profecto exilior, nihil ut ille habens aromaticum. Perspicuum autem est:

Oxicedr^o.
Gummi Cedri.
Cedreleō.

Fructus Cedri.
Fructus Iuniperi.

quod & stomachum valde mordicat & capiti dolorem infert nisi quis ipsum parcissimè sumpserit. Hactenus Gal.

De alia montis Gargani Phenîca Cedro.

NAscens in Gargano monte Cedrus paulo altius à terra assurgit & superiori vulgari maior est. Cuius etiam baccæ, quæ cedrides vocantur, Iuniperorū baccis quæ Arcentides dicuntur maiores fiunt & dulciores magisque edēdo. Quæ cum nucis Ponticæ magnitudinem æquare comperiat, multi Pharmacopola & medici Venetijs eas maioris Iuniperi baccas esse credentes in officinis asservant, & Iuniperi maioris baccas magno errore pixidibus inscribunt. Arbor hæc Pheniciæ quidem similis est, neque eam à Phenica distinguo: nam ea est ipsissima Cedrus, sed quia meliorem situm in eo monte nacta est ideo altiuscula assurgit, & auctior fructicæ & Baccis redditur. Viridis esse solet, & folia Iuniperi modo in mucronem rigentia promit. Radices agit obliquas Cedro Lyciæ persimiles, sed sicciore, Materiam quoque rubram profert, quam in longas assulas ducere possumus. Gummi etiam exudat durum & transparens, ut Iuniperi & Mastiche, vulgus Vernicem vocant, amborum tam emulum, ut ab eis discerni non possit, nisi dentes dubiū diluant, sed eius farina per os diffunditur, quemadmodum Iuniperi. Sed Mastiche in unum corpus coalescit. Huius gummi quomodo etiam & Iuniperi falso Sandaracham nominatur. Antiquorum autem gummi Cedri paulo post id esse, quod vulgus falso Sandaracham nominat multis verbis comprobatur est.

Mons Gargani. Arcētidēs. Iuniperi baccæ. Cedrides pro Iuniperi maioris baccis vsa.

Vernix. Sandaracham.

Lycia Cedrus, siue Retufa.

Lycia Cedrus hoc à Phenicea differt, quod folia habeat obtusa, multo tamen frequentiora & rotundiora, Tamarisci similitudine. Caudex huius subrubet Cortice vitigeneo obducto: folia in ramulis obtusa, quæ mirum in modum Sabinae alterius folia emulantur. Ceterum toto habitu, ramis, cortice, & materia atque etiam magnitudine Iuniperum refert. Nam utraque & proceræ & paruula plurimum comperitur. Radices habet diffusas per terram in sublime sparsas, & quæ facile franguntur, cortice supremo nigro scabrogs existente, cui alius subsidet flexilis, ruberrimus, glaber, vitiliū modo lentus. Mox caudex conjungit brachij crassitudine, cuius superficies, ut radices etiam, squa-

Lycia Cedrus. Tamariscus. Sabina altera.

Arbor se-
per gra-
uata.

Latifolia
Myrthus.
Angultifo-
lia Myrth⁹

Thuya.

Morueinc.
Serbin.
Cotranū.

bra, superior cortex fuluet ut cortex Rhois, qui auulsus rubet. Cortex inquam huius succo pingui madet. Arbor ipsa semper grauida, semperque factu pregnas comperitur. Folia ei cupresso simillima, sibi inuicem quasi squamulis copactilibus coagmentatis insidentia, quæ si digitis atterantur, odorem exspirant suavissimum. Semina rubra, quorum per initia rudimenta cruciformem in quadrangulum diuariantur. In foliorum autem extremo cacumine, semen postea erumpit ea magnitudine qua Myrtho latifolia. (Nam semina minima sunt latifolia Myrtho, quam angustifolia (notundiora tamen alquanto, & ad Iuniperi formam accedentia, nitio viridia: mox ante maturitatem flauescencia, postremo ad rubrum colorē declinantia, gustu subamara, sed odorata. Plurique hæc esse eam quam Theophrastus Thuyam appellat, existimant. Miratus sum Pharmacopæorum & medicorum Epidauri inscitiam, qui cum Sabina vera careant, hunc tamen fruticem in officinis asseruant, & pro Sabina vtuntur, quo inquam errore fixo, video magnam Græciæ partem, Illyriæ, Epyri atque etiam Venetiæ ipsos infestari: nam, ut rem verè & sine dissimulatione dicam cum medicorum eius regionis magna pars ingenti labore inscitia, tum omnium hominum illic ignorantissimi sunt Pharmacopoli. Circa Massiliâ Lycia hæc Cedrus affatim nascitur, vulgus Morueinc vocat, quemadmodum & Aui-nionenses apud quos frequentissima est duabus appellationibus, Decade Serbin appellant. Sed qui apud Sirpötē versus Massiliam, agunt arbusculam ipsam Cotranum voce Arabica dicunt.

Cedrinum mel.

Mel Cedri-
num.

Manna.
Thurisfa-
rina.

Hippocra-
tes Cous.

Riuu quam à Cedris discedamus, ne quid eorum quæ ad integram historiæ descriptionē attinet omittamus, visum est et de melle quoque cedrino pauca perstringere, & ea quidem quæ cum non multis qui de eo nuper scripserunt conuenire videantur. Fuisse olim mellis Cedrini usum quemadmodū etiam nunc, paulò post indicabimus. Nostri voce ab Hebreis mutuata, illud Mannam vocant, quanquam manna apud Græcos, nihil aliud quam thuris farinam significet. Quod autem apud præcos mellis genus hoc vulgò in officinis venderetur, Hippocratis verba fidem faciunt, qui in libro de vlcerebus in hunc modum habet: Medicamentum, inquit, aliud ad vlcera vinum accipit, mellis cedrini paululum: & ex aridis, flore aris mirrhæ, malicorium siccum. Nunquid Hippocrates qui Cous erat, cum pharmaca componebat, necesse habuit simplicia suarum compositionum à negotiatoribus

coemere? Galenus paulò pluribus quàm illa liquorem istum exposuit, qui cum Libanum motem Cedris ex quibus mel hoc petitur feracem sciret. & sui temporis mercatores venale inde petitum porrigere agnosceret, in tertio de alimentorum facultate scribit, quod roris modo destillet, & quod in mote Libano copiosissimè ex foliis arborum colligatur. Vbi quum Cedrus frequentissima sit (inquit) ex hac potissimum accipi verisimile esse. Hoc igitur Hippocrates mel Cedrinum, quod Galenus rorem Libani montis nominat, appellauit. Itaque cum mel istud vulgò manna nomine cognoscatur, & durior sit compaginis, quàm ab authoribus descriptum sit, merito dubitabit quispiam an eade res sit ac ea quæ ab antiquis sub eo nomine intellecta est. Siquidè neque Hippocrates, neque etiam Galenus inquam intellexerunt, sed liquidum, adeo ut Galenus scripserit sua regionis indigenas referre solitos Iouem aliquàdo melle pluere. Ego verò aliquando dubitavi an olim cedrinum mellis genus hoc edi ab hominibus loco medicamenti soleret, quo aliud solueretur. Sed ex antiquissimis Hebræorum monumentis habeo Cedrinum hoc mellis genus edule fuisse, neque ita tamen liquidum ut manibus facile teneri posset, duasque eius præcipuas differentias fuisse, liquidi scilicet & duri, mihi ex negotiatoribus apud Memphim planè innotuit: alterum liquidum in scitilibus, alterum aridum in arculis ligneis asseruari. Vim verò nullam aut saltem exiguam inesse ei aluum soluendi affirmare ausim: nã si quispiam periculū fecerit & utrunque paulò liberalius ederit, nunquam aluum subduci sentiet, etiamsi librā mediam absorpserit. Verum quidem mihi hoc fatendum est, vim quandā ei inesse abstergendi, quemadmodum & in melle, sed soluendi, ut mihi videtur, nullā aut paucam habere, quod ex indigenis montis Libani & Sinay, nostratibus etiam qui Senesum & Iuniperorum (gallicè Senys & Gineay) montes incolunt, satis planum est, qui cum abunde eo satientur nihil tamen ab eo leduntur, aut aluum sibi quoquo pacto subduci sentiunt, sed eo tanquam obsonio nutriuntur. Frequentissima nobis esse solet arida manna, quæ ex vicinis & variis montibus petitur, adeo ut huius discrimen publicè à negotiatoribus sit cognitum. Si quidem mannam istam seu rorem cedrinum, quem in officinis asseruant suis nominibus distinguunt, aliam Calabrinam, aliam granatam, alia Briansonam, aliam Ambrunensem appellantes, quæ cum inter se dissimiles sint atque etiam grano dissideant aliam aliis præponunt: nam aliqua compactili grano pingui, dulci flavoque prædita est, ut Briansona. Alia grano constat grandiori, floccos lana referens, intus concauo, candidiori cuiusmodi est Calabrina. Alia pellucida est exiguo grano, cuiusmodi Mastichina. Dura-

Ros Libani.

Iouē melle pluere.

Mel Cedri nū Aridū.
Mel Cedri num liquidum.

Calabrinā manna.
Granata manna.
Briansona manna.
Ambrunēsis manna.
Mastichina.

tionis tempus variis modis percipitur, alia enim statim post annum exolefcit, & situm redolet, alia tardius corrumpitur, ut ad quinquenium afferuari possit. Omnes tamen siccori loco gaudent, sed liquida manna nobis alioqui infrequens in temperato loco, non humido nimis neque adeo calente reponi debet.

Manna apud nos la- ricibus insidet.

Manna Libani montis Cedris adhaerescit.

Terentia bin.

Manna intra annos deterior euadit.

Omnia ortus in media aëris constitutione ex rore, ut postea dicitur in Vere circa principium aëstatis esse consuevit. Ut aliquando certum montis latus laricibus consitum eo modo albere compererim, quo cum pruina in hyeme arbores conueſterint. Sed mirum est quod ea certam sibi statuerit sedem, ut in aliorum montis fastigio neque paulo infra versus radicem montis illam eiusmodi videas. Et quemadmodum illa in Libano Cedris potius quam aliis arboribus adhaerescit, sic etiam hic in Europa Laricibus maualt copulari, neque etiam alibi, quam extremis arborum ramis insidet. At si forte salices adsint (ut saepe fit) raro tamen earum foliis adhaerere consuevit. Est autem legenda antequam sol arboribus suis igniculis vim intulerit: nam roris illius materia noctu supersidet, non autem interdum. Quocirca indigene ad larices summo mane festinant, ut Mannam legant, priusquam sol illuxerit: nam quum sol ei illuxit deterior esse solet, & liquida euadit. Hinc duæ eius species numerantur, quarum altera, quam liquidam appellant in fœtilibus afferuntur, proprio nomine Arabico quidem, Terentia bin, & hæc ea est de qua Hippocrates & Galenus meminerunt: quam diuersis capitibus Serapio & Auicenna à manna sicca distinxerunt. Manna itaque liquida siue mel cedrinum cum nobis nunc in precio habeatur: amplius, seruari desit, manna etiam quia mox friatur magno in mediterraneis venire solet. In urbibus autem quæ ad radices montium sitæ sunt, adeo vilis est pretij, ut non pluris in Vere libra, quam quatuor assibus dicendatur. Ros enim qui arboribus insidet rarius est, ut operarij quantum volunt reperiant, sed in legendo operarij tanto rario esse solet, ut ab uno viro vix tres libre vno die colligantur. Rustici porro ad larices mane appulsi breui solis radios imminere sentientes, fasces arborum securibus in terram decurrunt, multos ramorum aceruos sub arboribus in umbra afferuentes, ut quicquid roris illius celestis cacuminibus adhaererat, & per otium in umbra sub arbore legant. Illi verò quum multam exceperint, sed ad vicinas vrbes detulerint, hæc negotiatores quidam emunt, sed quod ea intra annum vno aut alterum deterior euadat & corrupatur, necesse habent, cum ex multis libris paucas diuendunt, illas quidem carius distrahere, quibus reliquarum iacturam, si quam adesse contingat, refarciatur. Hinc fit, quod magno ueneat. Mannam Veneti aliter quam nostri negotiatores distinguunt & variis nominibus appellant.

Siquidem quum merces vndeunque ad eos deferantur, varia mannarum genera agnoscut, præcipuam tamen granulata, illam scilicet quam nos granatam dicimus, quam vulgo mastichinam nominant, quod Mastiche sit adsimilis. Alteram autem Bombycinam, eo quod floccorum bombycis referat effigiem, quæ quidem vilioris est precij, neque tantæ dulcedinis particeps: cuius etiam si libram edas, aluum nunquam tamen subducat. Ideo Mannam istam ex rore aëreo venire mellis modo nemo dubitet. Apes siquidem mel suum è rore aëris qui folijs & floribus arborum insidet, legunt, de quo nihil vltius hoc loco differere quam quod ad tractationem presentem facit institui: quemadmodum neque de Erico omnium pessimo quod apes ex Erica hyeme legunt, neque Hybleo aut Hymmettio omnium laudatissimo quod in Vere apes colligunt ex Thymo. Dubitauerit aliquis an flores materiam parturiant, qua apes mella conficiunt. Sed ego, hoc, in libro in quo de arboribus sempiterna fronde virentibus dum de Thymo agetur latius persequar: & non paucis probatum iri spero nostram Galliam atque adeo septentrionalem regionem Thymo prorsus & Thymbra carere. Idque quod nobis Thymus creditur nullo modo Thymum esse posse. Itaque falluntur plurimum, qui apes suum mel è floribus conficere putant. Quod quidem Aristoteles, capite vicesimo secundo libri quinti de animalibus his verbis abundè ostendit. Apes, inquit, construnt fauos è floribus, ceram ex lachryma arborum fingunt, mella ex rore aëris, syderum ortu potissimum, & arcus celestis incubitu contrahunt: omnino autem ante Vergiliarum exortum mel non fit. Hæc Athenus ille. Locum autem istum Aristotelis Plinius multo facilius quam Gaza, capite duodecimo libri vndecimi transtulit. Venit hoc ex aëre, inquit, & maximè syderum exortu, præcipueque ipso Syrio exsplendescente fit, nec omnino prius Vergiliarum exortu sublucanis temporibus. Idem Aristoteles eodem capite addit: Fauos ut dictum est è floribus faciunt, mel autem non ipsas facere apes, sed rorem cadentem deferre argumentum est, quod vno aut altero die cellas melle repletas inueniunt apiarij. Item autumno mel posteaquam detractum est, non reparatur, cum tamen illo etiam tempore flores proueniant. Sublato itaque melle, & cibo, aut nullo extante, aut exiguo, repeterent certe apes munus mellis conficiendi, si ex floribus possent accipere. Hæc Aristoteles. Plinius porro hoc comprobans hæc adiicit. Itaque tum prima aurora folia arborum melle rosida inueniuntur: ac si qui matutino sub Dio fuere vinctas liquore vestes capillumque concretum sentiunt: siue ille est cœli sudor, siue quedam syderum salina, siue purgantis è aëris succus. Hæc omnia Arist. & Plin. verba fusissimè ostendunt mannæ

Granulata manna. Mastichina manna. Bombycina manna.

Mel è rore venit non autè è floribus.

Mel nõ faciunt apes.

Mel syderum salina.

tum duram tum liquidam idem ferè cum melle esse. Quapropter ego mellis ma-
teriam mannâ merito esse dixerim, quæ paululum nisi substantia à melle
differt: quemadmodum nix & grando ab aqua nisi substantia differunt, cum
materia sint eadem. Concludimus itaque Hippocratis cedrinum mel rem eam-
dem cum mannâ esse, quam neque antiquissimis Hebræis, neque Græcis &
Latinis fuisse incognitam comprobari potest. Quemadmodum verò Aristote-
les mellis in omnibus mundi tractibus materiam, quam apes legunt certo
anni tempore, nocte decidere scribit, sic mannâ islius, seu cedrinum mel eam-
dem materiâ esse quàm mellis cõfemus, ad eò ut merito eius vim mellis quodã-
modo ad similitudinem esse dixerimus. Hoc Galenû minimè latuisse, vel ex his ver-
bis probari potest: quod in libro de alimentorum facultatibus tertio, Hoc mo-
do dicat. Memini aliquando, inquit, quum estate super arborum ac fructuum,
herbarum quoque folia, mel quamplurimum fuisse repertum, agricolas velue-
ludentes cecinisse. Iupiter melle pluit. Præcesserat autem nox, ut per aestatem
bene frigida (nam tum tempus anni æstivum erat) pridiæque calida & sicca
fuerat aëris temperies. Peritis quidem naturæ præcipitibus videbatur halitus
è terra & aquis à solis calore sublatos, ac deinde exactè tenuatos ac coctos à
frigore secunda noctis concretos coaluisse. Apud nos verò rarò id accidit. In
monte autem Libano quotannis per æpe. Itaque coria super terram extenden-
tes, & arbores excutientes, quod ab eis desluit excipiunt. Collas ac scilicet mel-
le implent. Vocantque id mel rosicidum, & aëriû. Hactenus. De Saccaro au-
tem nihil attulimus, quod nihil ad rem faciat. Sed de melle Cedrimo abundè
satis. Ut autem ad Cedrum unde digressus eram, redeam. Cum aliquando Va-
lerium Cordû comitarer, & Lyciam quam iam nuper descripsi non procul ab
arce ad mare Mediterraneû quæ vulgus Ligornû nominat in mote vicino cui
alter nomen est enatâ offendissemus. Ille ut erat ingenij acerrimi Thuiâ esse
coniecit, atque cû ramos amicis impertiretur. Lyciâ offerre asserebat. Sed quû
eam Cedri esse speciem agnouerim de Thuia etiam differere mihi visum est.

Thuia arbor.

Valerius
Cordus.

Mous ater.

Theophras-
tû de plan-
tis differens.
Aristoteles
de anima-
libus.



Theophrastum de plantis externis differenti legens illud, idem de
eo iudico quod de Aristotele de animalibus peregrinis scribente.
Aristoteles siquidè dū venatores & piscatores per vniuersum fe-
rè orbè habuit, qui animalium mores obseruarent & illa animalia sibi adferrent,
non piguit illum singulorû anatomem diligentissimè cõtemplari. Sic Theophras-
tum stirpes describentes exploratores quoque per singulas prouincias habuif-
se necessarium fuit. Ex quo crediderim hoc etiam Alexandri illius inar-

etissimi Regis maximi liberalitate factû. Si quidem cû Theophrastus Thuiam
scribit præcipuâ apud Ammonis phanum atque in Cyrenesi agro nasci. Satis
profecto ex iis quæ scripsit constat eum locum illum non aduise, quod ex
eodem capite de Thuia planè liquet his verbis: Copiosam vel ubi vrbis Cyre-
nensium hoc tempore est comperiri, inquit, affirmant. Sed quum ego nihil in
hoc toto opere adferre velim, nisi quod aut ipse viderim, aut obseruauerim
potissimum in illis rebus de quibus nos verius re ipsam attigimus. Neoterico-
rû quorundâ exèplum, qui de rebus liberius multo quam deceat pronunciant,
sequi nolui. Qui quantum omnia penè ab aliis nõ dicã excerpserint, sed potius
descripserint, neque de suo quicquã adiecerint, ea tamen sibi etiam nunquam co-
gnita literis mandare non erubescunt, abudèque sibi satisfecisse videntur si so-
lum nomen suum libello cuidam inscriptum fuerit. Itaque ne quispiam me
Thuiam pro Cedro descripsisse putet, atque huic Lyciâ nostrâ descriptionem
dedisse credat, hoc pro me fidem faciet quod Theophrastus de Thuia, itaquam
de re peregrina loquitur. Atqui frutex ille, quæ Lyciâ Cedrû nuncupo, Assatim
in Græcia prouenit. Vtrunque ergo descriptione ex antiquis probare constitui.
Thuya perpetuò viret, haud secus atque omnia Cedri genera. Ea, ut referunt
Plinius, Strabo, & Theophrastus, arbor est procera. Sed Lycia Cedrus est hu-
milis. Thuya inter siluestres ferotina, ut nulla ferè tardius germinet. Algoris
etiam impatientissima est. Contrà quam Cedrus, quæ alsiosis, hoc est Umbrosis
locis prouenit. Ego ut ingenuè fatear quid Thuia sit sum nescius: nisi forte ea
sit quam Dioscorides Sabina alterius nomine descripsit, quam tamen Sabi-
nam alteram apud Theophrastû nusquam inuenio, quem tamen miror Sabi-
nâ ignorasse cû illa in iugo montium nascatur. Putauerim Cedrû Lyciam, quâ
retusam voco: Plinio Selaginem dictam qua olim Gallia sacerdotes ad multa
vtebantur. Theophrasti tamen interpres Selaginè capite septimo libri de cau-
sis plantarum secundo pro Coronopode vertit. Thuiam iam ex Theophrasto in
Cyrenensium agris præcipuè nasci diximus sed ex hoc dubium occurrit, quod is
cap. 1. libri 4. de historia hac in motiû cacuminibus locisq; algenibus & ex-
celsis enasci. Sed eum loci mendæ carere nõ puto quod quiuis facile percipiet
si Græcû exèplar cõtulerit. Thuiarumis, caudice, frondibus, glubestri cupresso
similis traditur, quæ certè quodammodo ad meam Lyciam accedunt. Theo-
phrastus refert ex ea memoratas veterum templorum contignationes fuisse,
quandamque immortalitatem materiæ in tectis, contra omnia vitia, incorruptæ.
Neque eius radice Crispius esse aliquid, nec aliunde pretiosiora opera fieri,
ex quo Thuia materies olim magno in precio fuit, ut quibusdam placet.

Thuia a-
pud Am-
monios.

Thuya pe-
regrina ar-
bor.

Cedrus Ly-
cia humilis

Selago.
Corono-
pus.

Thuya
materies.

Sabina vtraque.

In fructu nucleos hordei grano similes habet, longiores dumtaxat exiliores, & duriores, gustu amaro: quibus præsumptis arceatur ebrietas. Inter pauca nitidioris vitæ instrumenta hæc arbor extitit. Quæ non mihi etiam Plinium mirari liceat: qui cum totum caput de hac arbore scribat Homerum Thyam & Laricem vno versu dixisse putauit. Ego vero Homerum Laricis voce nusquam vsu fuisse puto. Sed hoc animaduertendum est, Plinium Laricem pro Picea vertisse. Plinij autem verba sunt. Mensis (inquit) præcipua dos in vena, crispis vel in vertice variis. Inter pauca nitidioris vitæ instrumenta hæc arbor est. Quapropter insistendum ei quoque paulum videtur. Nota etiam Homero fuit: *Θείον* Græcè vocatur, ab alijs *Thya*. Hanc igitur inter odores vni tradit in delicijs Circes, quam deam volebat intelligi, magno errore eorum, qui odoramenta in eo vocabulo accipiunt, cum præsertim eodem versu Cedrum Laricemque vnâ tradat: in quo manifestum est de arboribus tantum locutum. Theophrastus, qui primus à magni Alexandri ætate scribit quæ circa vrbs Romæ quadringentesimum gesta sunt annum, magnam iam huic arbori honorem tribuit, memoratas ex ea referens templorum veterum contignationes, quandamque immortalitatem materiæ in tectis cõtra vitia omnia incorruptæ. Radice nihil crispius, nec aliunde pretiosiora opera. Præcipuam autem eam esse arbovem circa Ammonis delubrum. Nasci & interiore Cyrenaica parte. De mensis tamen tacuit, & alias nullius ante Ciceronianam vetustior memoria est ex quo nouitiæ apparent. Alia est arbor eodem nomine, malum ferens execratum aliquibus odore & amaritudine, alijs expetitur, domus etiam decorans, nec dicenda verbosius. Hæctenus. Calypsus etiam & Helenes thalamos è Thyia conditos Homerus cecinit. Huius materies non illepidò nitore placens ambitioso venarum discursu, sese vndulatum crispante interueniis multiplici forma ac decore splendētibus, puncturumque aceruo exhilaratis. Hinc ut Dioscorides tradit, Crocopreciū maximè auxisse. Etenim Itali inquit, crocum ob succi copiam, & coloris venustatem tingendus Thuiis dicauerunt: quibus de causis magna venditur. Ita Dioscorides in capite de croco scribit: Sed ne te lectio remoretur *Θύα* legendum pro *Θύα* moneo. *Θύα* enim mortarium significat, *Θύα* vero lignum est de quo agimus. Medici in Græcia quæ Venetijs pariet, ut est Lacintus, Corcyra, Cyprus, Creta: quæadmodum & tota Illyria apud Epidaurum & Phanam, & vrbes quæ in Istico sinu sitæ sunt, Lycia Cedro pro Sabina altera vntur quam Thuiam quidam esse existimant. Sed ne quispiam me Sabinam vtramque ignorasse putet: nunc de vtraque describere operæ precium existimauit, à priori quæ maior est incipiens.

Thuia Croco precii auxit.

Thya.
Thya.



Tali quemadmodum & multi incolæ Epyri & magna Græcia pars non studens agriculturæ paucas alunt in hortis herbas, præter eas ex quibus proventum sentiunt. Ideo neque Sabinam primam neque alteram id est neque satiuam neque syluestrem bene norunt. Ambas autem suapte sponte nascentes populatim in montibus Amanij & Olympi Phrygiæ cacuminibus vidimus. Nos, in hortis Satiuam tantum colimus. Frigorum patientissima est Sabina, ideo ea nobis feliciter prouenit. Culta altius atollitur. Syluestris humi comam dispergit. Prisci Sabinam arborem diuidentes in primam & secundam partiebantur de prima iam dictum est. Alterius autem Sabinæ folium cupressi aut Thamarisci simile est. Hoc nanque modo ab authoribus describitur, quos sane non parum admiror, quod eam arborem herba nomine vocauerint. Non erit quoque mirum si cum ambæ syluestres sint, alteram cultam dixerim quam vulgus nostrum agnoscit: alteram incultam nostris olitoribus alioqui inuisam. Vt autem Sabinam alteram hic qualem in montis Tauri excelssimo vertice descripsimus prosequamur adiiciendum fuit aliam frequentiore arbore quam Sabinam vtraque videri non posse. Sylvas hæc de se in summis Amanij & Olympi montibus faciunt, in quibus nullam arborem præter has copiosiores videas. Altera Sabina tota facie Iuniperū maiore referret, nisi latioribus ramis prædita esset & magis diuisis, & appēdices multas in ramis, ut Sapius produceret, atque eundem in nascendo quem Taxus more seruaret. Resinā profert in Caudice, ut Iuniperus vtraque eodēque modo resina comāducata, tota in os puluerulēta diffunditur, nec amplius cogitur. Ideo hac in re similis est gummi Iuniperi minoris. Resinas inter se contuli quæ quidem plurimum distare mihi visæ sunt. Siquidem maioris Iuniperi Resina Mastiches vel Terebinthina in modum in os cumulat, & nunquam in ore dissolui aut diuelli potest. Præterea Iuniperi maioris resina insigniter amara est. Transparentem resinam Sabina altera habet, duram ut Iuniperi, veluti summo tactam. Arboris caudex sinuosus est, crassior plerumque, quam ut Virin vlnas capiat. Corticem vitis habet modicè crassum, rufum, materiam foris albam, intus veluti gilnam, cui nullam aliam similem reperimus. Est enim ei veluti indilutus quidam rubor degenerans in subnigrum. Perpetua coma viret, sætibus grauida in hyeme comperitur, sed Lentisci naturam seruat, quod fructus perpetuo suo arbori insideant, decidētibus scilicet anniculis, cum alij sam ad maturitatem deuenierint. Fructus autem qui non perfecte maturue-

Sabina fatiua.
Sabina syluestris.
Amani & Olympi montium Sabina.
Prima Sabina.
Alterius Sabina delinatio.

Taxus.

Cedrides

Syluestris
Cupressus
crassior
fatiua.

Sabinæ al-
terius ma-
teries.
Myfia.
Iconium.
Cogna.

Sabina al-
tera ad te-
studines
expetita.

runt, egregie vident. Cum autem ad maturitatem peruenierint ex atro in Cian-
neum degenerant. Arbor ipsa elegantissimo virore nitet, quæ tota fructibus
nigris sugilatur. Est autem arbor feracissima, cuius baccæ vix Cedridibus cras-
siores euadunt. Arbor amygdali bene magnæ altitudinem petit, multum ad
Cupressum satiuiam accedens, sed crassiori caudice constat (nam Syluestres in
Creta satiuis crassiores sunt) Huius folia omnino Cupresso correspondent, fre-
quentiora tamen sunt. Ideo si arbor à longè spectetur, etiam à quouis perito à
Cupresso vix dignoscetur, siquidem illa feminibus vidua fuerit, nisi attentè
inspiciatur. Ideo cum eam primùm inspexissem, nihil de hoc dubitans Cupres-
sum esse censebam. Cum autem aliam postea suis baccis, quas in ramis singu-
lares profert onustam vidissem, ea omne dubium sustulit. Folia eius gustata
amara sentiuntur, aromaque olent, resinaceum quiddam præ se ferentia. Os
leuiter excalfaciunt baccæ, quæ in huius extremis ramulorum surculis oriun-
tur, ita vt perpetuò singularis quiniis surculus suam tantummodo ferat, & eam
rotundam. Hæc, merulis & Turdis gratissimus cibus, amara est, & subodo-
ra, & vt dixi, ex cianeo subnigra. Habitus ramorū & foliorum in arbore fi-
lici quodam modo similis est. Filix enim eum seruat ritum, vt foliū applana-
tum esse diceret, & veluti compressum, quod & ramis Cedri maioris accidit.
Florem non pronit, sed statim seminis rudimentum apparet. Quantum ad li-
gnum huius attinet. Agebam in Mysia in ea vrbe quæ Iconiū vocatur, vulgo
Cogna, cum inter vrendum Iuniperi maioris & Cedri Phœnicia, & Sabinæ
alterius ligna quæ simul cõtuli notam querens qua vnâ quodque ab alio di-
gnoscerem, cum tanta horum inter se sit affinitas, vt trium horum ex montibus
vicinis in vrbes allata ligna nullo ex se se discrimine dignosci possint. Nam in
Asia apud Contieum & Iconium nullum istis frequentius intuentum oc-
currit. Eorū singulorū vt periculū facere vnumquodque gustauim, vsq; carbonē
feci, sed id frustra. Cum verò in eum locum peruenissem vbi magna horum li-
gnorum strues asseruabatur, ex foliis tantum vniuscuiusque discrimen depre-
hendi, quod tam exiguum est, vt vix etiam à perito lignario artifice interno-
sci possit. Eorū nēpe tum caudex tum rami vitis penè cortice obducuntur, ru-
bro, lemniscas longas supra se inuicem iunctas diceret. Omnium autem mate-
ries intus rubet, in gyrum albicat carbonem seu salignum faciunt, materies le-
ues sunt igni expetita quæ facilius quàm picæ & vruntur cædi faciles sunt. Sed
Sabina hæc multò magis quàm cætera ad testudines faciendas Turcis expete-
rita, quòd in rimas nunquam diffundatur. Hanc autem excantant, totam, ex eod-
dem ligni frustò testudinem perficientes, mediocrem quidem illam, nostris ta-
men

men quinteruis aliquanto maiorem: Testudinum porrò tria sunt in Turcia di-
scrimina, quarum hæc est mediocris, tabulam ei ex ligno nullam addunt, sed
pellem ei inducunt piscis, qui vulgò Glagenis vocatur. Antiquis Hyæna, qua
etiam membrana vice in tympanis contegendis vruntur. Plinius arborem soli
Orienti, neque latinis ideo celebratam tradit Brutes nomine, Cupresso fuscæ si-
mitem albicantibus ramis, odore Cedri cum accenditur quam ego Sabinæ al-
teram esse interpretor. Claudius Cæsar fumum eius contra alia ligna esse re-
medio putauisse dicitur. Parthos, folia huius potionibus inspergere, traditur,
eamque nasci vltra Pasitigrim in finibus oppidi Sitticæ in Iagro mote. Huc
facit etiam quod rudimentum nominis Græci Brathys luxatis literis, & aspi-
ratione sumnota videatur elucere. Eam fortassis quam Theophrastus Thuiã
vocauit Dioscorides Sabinam alteram nominat. Notæ certæ omnes quæ supra
dictæ arbori tribuuntur Brutes appellatæ, omnino cum illis conueniunt quas e-
go Sabinæ alteri paulò antè tribuebam. Huius alterius Sabinæ arbores iam
in Europa atque adeò in Gallia, multis (vt paulò infra scribam) locis videntur,
in Regia potissimum Fontanablæi, quam ille qui Francisco Galliarum Regi
attulit, vite arborem cognominauit. Ex hac arbore, cum adhuc exigua admo-
dum existeret, ramulos vultimus: quos cum olim Renatus Bellayus episcopus
Cenomanensis, qui vnicè rei herbariæ studebat, nostra opera accepisset, eorū alte-
rū domi suæ conseruit, alterū verò in hortis diuæ Mariæ Lutetiæ, qui vsque co-
excreuit, seseq; à solo erexit, vt proceritate longè parentè vicerit. Est & arbor
alia in eiusdè loci hortis regis enata, quæ Pinastrū esse asseuero, cum tamè præ-
dicto nomine ab eo qui Regi donarat appellata fuerit. Nunc videndū est an no-
ræ huius arboris vite, cū eadè quæ iam in Asia & monte Taurus obseruaueram,
cõueniant, qua multi iam nostra opera Gallia horti vident. Ea rectos promeret
ramos: nisi parumper ad foliorū productionē reflecteretur. Ramos mittit genicu-
lo bene robusto artèssimè caudicè amplectentes, in quibus folia Cupresso simi-
lia essent, nisi supra inuicem sessilia, & compactili nucamento procumbe-
rent. Ramus totus cum foliis applanatus videtur esse, eo inquam modo, tan-
quam si quis studio eum prelo presserit. Arbor hæc in tantam altitudinem
apud Fontanablæum excreuit, vt quauis nondum nonum excesserit annum,
brachio tamen elato à quolibet procero homine vix possit ad eius cacumē per-
tingi: Ea nondum semina prompsit. Gustata folia amara sentiuntur & odo-
rata maximè ad Saluiam accedentia. De cortice nihil adhuc certi tradi po-
test, quo ad in ampliorem vastitatem excreuerit.

Glaius.

Hyæna.

Brutes.

Claudius

Cæsar.

Arbor vi-
ta.

Arbor vite
in hortis di-
uæ Mariæ.

Alia arbor
vita.

Arboris vi-
tæ descri-
ptio.

De Cedria, Pissaleo, Cedraleo, & aliis permultis rebus
quæ ab iisdem arboribus proficiuntur.



Cum iam satis abundè de omnibus Cedri speciebus sigillatim dictum nobis videatur, superest ut nunc quoque Cedriam persequamur. Cedria ex quavis resiniferarum materia, modò pinguis sit, promiscuè fieri potest. Sed non quemadmodum quavis Picea Cedriam facit, neq; quavis Cedrus pinguis est. Ex Larice porro modò materia pinguis sit Cedriam facimus. Nec mirum cuiquam videri debet, si Cupressum Cedriam efficere posse dixero, atque etiam Betulam, ex quibus eam fieri posse assencro. Nec minus est dissimulandum ex Junipero Cedriam fieri, quam omnibus aliis posthabendam censeo, omnium nempe deterrima iudicatur. Vulgus oleum de Cade vocat. Cedriam parù quid à Pice liquida abesse, postea indicabimus. Suã ubique in Gallia Arabicam appellationem retinet. Vulgus nostrum Rothomagi, Lutetia, Lugduni, apud quos copiosissima est aliunde aduecta Katranum vocat. Cedriam Plinius ex tæda fieri lib. 6. cap. 11. his verbis testatur: Pix liquida, inquit, in Ewopa à tæda coquitur, navalibus munitendis, multosque ad alios usus. Lignum eius concisum furnis undique igni extra circumdatum feruet: Primus sudor aquæ modo sicut canali: Hoc in Syria Cedrium vocatur, cui tanta vis inest, ut in Aegypto corpora hominum defunctorum eo perfusa seruentur. Mox subdit: Sequens liquor iam crassior Picem fundit. Hæc rursus in cortinas aræas coniecta igni spissatur (contextus Plinij acetum habet sed ego ignem lego) & coagulata Prutiæ cognomen accepit. Hæc à priore pice differens, colore rutilante, & quòd pinguior est. Deinde addit. Primus liquor serosus & liquidior nigerrimus est & odoris grauisissimi. Sequens paulò crassior, postremus durior minusque olens. E Tæda cum liquida tum dura omnia illa sunt. Dioscorides cum Cedriam exponit. Cedrus, inquit, arbor magna est ex qua picem colligunt, quæ Cedria vocatur. Mox, Cedria (ait) optima est, crassa, perlucida, grauis odoris: quæ dum effunditur non dissipata coit: Cui ea vis inest, ut defuncta corpora conseruet, & viuentia corrumpat. Qua ex causa mortuorum vitam aliqui appellauerunt. Hæc Dioscorides. Quod si aliquis ante eum Cedriam, mortuorum vitam appellauit, oportuit certè corpora, quæ ea condiebantur à Græcis fuisse cognita: quæ nunc errore nefando vulgus Mumiam appellat. Vestimenta quoque, & pelles eximia calfaciendi, & siccandi dote, illam corrumpere tradit. Quare autem pelles dicat, interpretor, quòd in pecudum pellibus asportari olim, ut nunc etiam in oriente in Vtri-

Cedria.

Betula cedriam facit. Ex iunipero cedriam fieri.

Oleum de Cade. Katranum. Pix liquida.

Cedrium.

Prutiæ pix.

Tæda picem liquidam & duram facit. Cedria.

Mumia.

bus sit, soleret. Scribit præterea Dioscorides magnum esse illius ad lucernas usum, quem locum Marcellus, aliter quam Ruellius vertit. Plinius verò sequutus Dioscoridis sensum. Cedrus magna, inquit, quam Cedrelaten vocant, dat picem quæ Cedria vocatur, dentium doloribus utilissimam, frangit enim eos & extrahit, dolores sedat. Cedri succus quomodo fieret iam diximus, magni ad lumina usus ni capitis dolorem inferret. Defuncta corpora incorrupta eius seruat, viuentia corrumpit: mira differenter, cum vitam auferat spirantibus defunctis pro vita sit. Plinius secutus planè singula, quæ à Dioscoride referuntur censet Cedria nos tutò in lucernis uti posse, ni fumus capitis dolorem inferret. Et inc merito quis dicat Cedriam medicamentum esse liquidum, cum idem autor iam ante picem liquidam vocauerit, Cedriam Aui-cenna Serbin sua lingua vocat. Sed Serapio Kitram. Non est aspernanda Arabum sententia in hac nostra tractatione, quandoquidem Turcæ videntes barbaris appellationibus, si ad Arabicam conferantur suas voces in exprimendis omnibus medicamentis ab Arabibus oriundas habent. Cuius rei periculum feci: Siquidem Troadem visens, quò Troicæ illius antiquæ ruinas conspicerem ad Sesti & Abydi arcem, ad fauces Bosphori appulsus, intellexi naues Pro-pontide egressuras in Hellepontum deueneri cogi, atque illic tres dies continuos ancoras iacere ante portum in statione ad arcem, ut Turcæ patrio more diligenter per hos dies, quid in naue vehatur, querant. Est enim consuetudo ut antequam externi homines in Mediterraneum delabantur nauem lustrent, querentes an aliquis ex fugitiuis ergastulorum suorum intro suppressus sit, mittunt tamen cum Turcis agentes: nam si prospera sit navigatio statim soluuntur. Quod si forte in ea disquisitione Turcæ quempiam ex feruis fugientem in naue delitescerent deprehenderint: nauclerus & mercator magna pecunia mulctantur. Negotiatores autem ac ceteri vectores interim & Cedriam & Picem à Turcis emunt quam vulgus Turcarum, ut Gallorum quoque Katranum vocat. Proinde Turcæ tantam etiam nunc Cedriæ quantitatem parat in Asia ut inde ad varios humani generis usus per totum orbem immensum librarum transmittant numerum. Turcis solenne est cum pecudes de glubunt, ex pellibus omnibus vres facere, quibus qui quid liquidum est imposuim apud eos venire solet. Ideo apud Sestum in cellis videas pecudum vres Cedria plenas, quarum singulæ maioris non vaneunt quam Ducato. Hæc est Cedria qua Aegyptij olim sua funera asseruabant perennia.

Cedrus magna. Cedrelate Cedria.

Cedri. Pix liquida. Serbin. Kitran.

Sextus. Abydus. Hellepontus.

Cedria. Pix. Katranum.

Vres Cedria plenas.

Nostram vulgarem Mumiam (quæ antiquorum servatum corpus est) ex Cedria potissimum fieri solere, Priscorum autoritate hic confirmatur.



Osteaquam de Coniferis arboribus scribere, atque his ea adlicere quæ ab iisdem proficiuntur, statutum est. Cedrorumque historiam iam dixerimus, reliquum est ut Cedriam quoque cum iis, quæ à Cedro nomen habent, persequamur, quod ab hac corpora in Aegypto ævis servanda condirentur, idque servati cadaueris, aut medicati corporis nomen antiquum habuisse Dioscorides, Galenus, Paulus, & Aëtius multis verbis de hoc servato cadauere, ut & de Cedria meminerunt, quorū autoritate nostram vulgarem Mumiam veteribus non fuisse ignotam probari potest. Hoc autem ex Galeno 7. de Simplicium medicamentorum facultatibus constat, ubi de conditaneo cadauere siue medicato funere loquitur. Ceterum, inquit, Cedrea (vocatur ita Cedri oleum) quartum etiam ordinem videtur attingere quemadmodum calida, simul & tenuium partium. Mollem itaque carnem prompte, citraque dolorem putrefacit, simul alia omnia, quæ cum eiusdem sint in calefaciendo ordinis, adiunctam etiam habent substantiæ tenuitatem. At in duris plusculo tempore, & vix effectum potest consequi. Porro omnia talia medicamenta Septica vocantur, & Septica sed inter sese maioris minorisque firmissimo ordine Cedrea, pleræque enim eorum admodum sunt efficacia. Talia itaque & mortuorum corporum carnes corrumpunt, ac Cedrea exiecat, simulque à corruptione tuetur corpora demortua: ut pote humiditates eorum depascens. Ceterum solida corpora haud attingens. At in viventibus calor ipse, qui in corporibus est Cedrea vires adaugens, causa efficitur, ut teneræ ab ea carnes deurantur. Hactenus, hic Galenus Cedream corpora demortua tueri, & à corruptione vindicare palam scribit, ut pote quæ humiditates eorum depascatur. Ex quo liquet hanc esse materiam, quæ, (ut ipse scribit), corpora condiebantur. Corporis humani ossa etiam durissima quæque, ut sunt radia & vlnæ, clavicula, vertebra, scapula, in summa totius Secleri compages subire humore enim plena nigro dum franguntur, apparent. Ossium quoque substantia amplius esse alba desinit, ita ut nigra & fragilia evadant, ex quibus coniicimus teste Galeno, materiam illam, quæ sic corpora cadaueris

Mumia vulgaris.

Cedri Oleum.

Septicame dicameta.

Cedria ossa durissima Subita.

condiebat, liquidam fuisse, quæ ita ossium cavitates impleveret. Quam rem Dioscorides iam ante Galenum, scripserat, dum aperte conservatorum cadauerum in cap. de Cedro mentionem fecit his verbis. Ea, inquit, Cedria vis inest, ut defuncta corpora conservet, & inquit, καὶ ἔχει τὸ ἐπιπέσει τὸν ἄνθρωπον. id est, Quæ ex causa & mortuorum vitam aliqui appellauere. Hic Dioscorides apertissime vulgarem Mumiam, siue conditum corpus describit. Galenus Variè Cedriam nominat, modo resinam, modò lachrymam, modò picem, modò Cedriam. Nam illam quæ ex Cedro arbore manat, Resinam appellat, seu crudam lachrymam, ad discrimen eius quæ coquitur. Quæ autem à Cedro proficiuntur aut sponte effluunt, ut resina, aut lachryma: aut arte parantur, ut Cedria. Sed hæc, ut iam dixi, ut ignis elicitur, quæ re vera à Turcis, melius multò quàm à Cretensibus perficitur. Si quidem ad Diæctum motem liquorem humidum, quem è tæda coquunt, multò duriorè eliciunt, quàm qui ad Idam Troadis hanc præparant. Illi etenim tædas in assulis sub Dio afferunt & in sole insitam humiditatem per totam æstatem exuere sinunt. Hi verò recentem Picem præpinguem caudicem in assulas scindunt, ex quibus furnum concameratum grandem admodum complent, occludentes vndique, meatum tantum in summo relinquentes, non ampliorem quàm quo hominis caput possit introritti, ligna supra accenduntur, atque ita paulatim aduruntur. Interea liquor per meatum, qui sub furno est subterraneo in suam foueam delabitur. Is autem initio liquidus foetidusque est, qui è scrobe concha in ouium pellibus excipitur, aut cucurbitis, aliisue lagenis. Quod ex eo magis coctum est, retorridum fit, piceque euadit. Sunt qui ex Cedria picem hoc modo faciunt, quicquid in scrobem defluxit incendant, & ligneis longioribus miscant. Cunque sufficienter coctæ esse sentiant, solertia quadam totum ignem à pice extinguunt, atque in scrobes vicinas forma quadrata suffossas (quo melius & facilius possint transferri, elutriari & refrigerare sinunt. Sed inter coquendum Cedriam ut pice fiat, restici plerumque carniū frusta in eam iniicietes, tantisper ibi feruere sinunt donec probe excocta sint, quibus illi postea vescantur. Verum quonia à Cedro per multa fiunt, quæ vulgaribus etiam nominibus variè nuncupantur, melius ut ea intelligantur, paucis id perscringendum putauimus. Est medicamentum, quod Grecis Cedreleon à Cedribus nomen habuit. Cuius Plinius lib. 15. cap. 7. meminit, quod quemadmodum ex citro, inquit, & Cupresso oleum fit, Sic nucibus iuglandibus quod Carynum, malis Cedri, quod Cedreleon. Hæc ille. Est autem differentia inter oleum Cedrinum duobus nominibus dictum, & Cedreleum vno nomine appellatum Gaza apud Aristotelem initio tertij capitis libri septimi de animalibus pro

Cedria mortuorum vita dicitur esse.

Cedriam Gal Variè nominat.

Diæctus mons. Ida Troas. dis.

Pice.

Cedreleō. Citrium. Cupressinum. Carynum. Oleum Cedrinum.

Oleū iuni-
perinum.
Pissaleon.
Cedreleo.
Huile de
cade.
Du Tac.
Decade
serbin.
Tacum.

oleo Cedrino Iuniperinum reddit. Pissaleon à Cedria separatum dum coquitur velleribus supra halitum expansis fit, hocque est Pissaleon, quod aliqui oleum Cedrinum interpretantur. Ex quo liquet quod Pissaleon à Cedreleo differt. Vulgus Galliarum habet aliquid quod Cedria aut Pici liquida prorsus respondeat. Duobus autem nominibus id appellare solet. Vno modo, Huile de Cade, alio verò, du Tac. Sed quemadmodum Variam sortitur nomenclaturam, sic ex variis materiis fieri consuevit. Sunt enim artifices, sed alioqui rustici, qui ex quibusvis materiis veluti Iuniperi, Fraxini, Sabinae, Cedri, & eiusmodi lignis adhuc virgibus, liquorem pici liquidæ aut Cedriae similem exudare cogunt: nam indigenæ Auiunionenses, Prouinciales, & Linguoscitones eo maxime oleo vtuntur, quod ex Phœnica & Lycia Cedro fit, & duobus nominibus De cade Serbin vocat. Id autem quo nosri hic in Gallia Celtica vtuntur, quod Tacum vocant. Verius è lignis Iuniperorum perfici videtur, idque à morbo ouium cui mederi solet, nomen habet. Est autem contagiosa quædam lues, quæ populatim sæuit & interficit oues, in quo medendo rustici cum nobis doctores sint, eo opus habentes pharmacopolas aduertunt, à quibus & Tacum postulant, quemadmodum in inferiori Gallia Ducade Serbin nomine quidem vulgari, sed quod Iudæi populum sic docuerint. Cum verò Cedria liquidam picem referat. Superest vt de ea etiam quod reliquum est adiciatur.

Pix liquida.



Liquida pix nihil prorsus, aut saltem parum quid à Cedria differret, nisi minus cocta esset. Dioscorides vtriusque Cedriae & Pici liquidæ meminit. Plinius hæc de liquida pice habet: Pix quoque vnde, & quibus conficeretur modus, inquit, indicauimus. Et eius duo genera, spissum liquidumque. Spissarum vltissima Medicinæ est Brutia, quoniam pinguisima & resinosa. Vtrasque præter utilitates, ob id magis rutila quam cæteræ. Id enim quod in hoc adiciunt, ex mascula arbore meliorem esse, non arbitror posse intelligi. Hactenus. Hæc quod pix liquida Brutia ex mascula arbore melior sit non eo modo legitur apud Dioscoridem. Nam, vt iam supra scripsi Dioscorides vtramque picem, haud secus ac Plinius habet liquidam & aridam, sed ex liquida aridam fieri his verbis docet. Liquida pix (inquit) decocta in spissam coit, quam vocant aliqui Palimpissam: quo in genere quædam visci modo lentiscit, Boscas cognominata, altera sicca est. Probatum pura, pinguis odorata, subrufa, resinosa

Pix liqui-
da.
Pix Spissa.
Brutia.
Palimpissa.
Pix Boscas
Visci mo-
do lenta,

qualis Brutia & Lycia, pici resinæque simul naturam habentes. Quantum ad picem atinet, liquida pix cocta coit in duram. Sic Cedria coctione paululum in spissata euadit in picem liquida. Ideo liquida pix est paulò Cedria durior, vt Cedria est liquidior. Vt autem Cedriam videas idem cum pice liquida esse, lege Plinij caput 11, lib. 16. qui hoc modo scribit. Pix liquida, inquit, in Europa è Tæda coquitur naualibus muniendis, multoque ad alios vsus. Lignum eius concisum furnis vndique igni extra circumdato, feruet: primum sudor aquæ modo sicut canali. Hoc in Syria Cedrium vocatur, cui tanta vis inest, vt in Aegypto corpora hominum defunctorum eo perfusa seruentur. Hactenus ille. Sed paulò post addit, Lentore ab alia pice differens Dioscorides in præfatione sui libri, Cedriam & picem liquidam habet. Aenea vasa, inquit, oculariis medicamentis liquidisque, & omnibus iis quæ aceto, pice liquida aut Cedria componuntur, conueniunt. Hactenus. Liquidam picem Turcæ raro coquunt, sed Cedriam assatim. Hinc non vnus est pici liquidæ faciendi modus. Plinius Rabulanam picem condiendo vino idoneam scribit lib. 14. his verbis: Italiae pars aliqua Rabulana pice: ac resina condire musta vulgare est pice, prouinciasque finitimas. Paulo post addit: Et in hoc tamè genere, & in omni alio subministrant vasa ipsa codimētis pici. Addit Plinius lib. 14. cap. 20. Pix in Italia ad vasa vino condienda maxime probatur Brutia, quæ fit è Picea resina: In Hispania autem è Piceastris minime laudata. Asia picem Indicam maxime probat. Indicam inquam nõ ex India, sed ex Ida monte, vnde Indicam nomen Græcia indidit. Macedonia Piericam, Vergilius Nariciam, sed ego Lariciam legendum cenfeo. Pix cum liquida tum dura, fluxus est combustæ in tæda suæ resinæ, qui si è tæda humida manarit, liquidior existet. Si autem sub dio diu exsiccetur, durior inter vtendum euadet.

Rabulana
pix.
Indica pix
Asiæ ex ida
môte Troa
dis.
Pix macedonica.
Pierica
pix.
Lariciam
apud virg.
pro Naricia lege.
Tæda.

De Picea & pice, & quid tæda sit explicatur.



Cedriam qua olim funera conseruabantur, è Picea & resiniferis fieri diximus atque quid de Picea à Theophrasto dictum sit & Pinu retulimus: nunc verò nobis visum est resiniferarum omnium sigillatim descriptionem tradere. Nam posteaquæ Cedrorum genera descripsimus, optimum putauimus, vt ad reliqua coniferarum resiniferarumque genera transiremus. Cedriam è tæda potissimum fieri probauimus. Tæda autem pars pinguior cuiuscunque arboris coniferæ, sed maxime Piceæ esse ostendemus. Quocirca à Picea inchoandum duximus. Picea vox

Pinus. *Pinus* est Latina à Græca πίνος deducta, ad discrimen Pinus quæ πίνος Græcis dicitur. Vulgus Græcorum in hodiernum usque diem Piccam πίνος appellare solet, quæ apud eos, ut in nostra quoque Gallia vulgarissima est. Effet autem Picca nobis alioqui satis vulgò cognita, si diligentius perpenderemus: nam ea non tantum in altioribus frigidorum montium inguis nascitur, descendit etiam in planitiem, ut in triviali illo itinere quo à Lugduno Lutetiam itur, duobus ab Urbe diebus itineris, in transitu colliculi quem vulgus de Tanare, nuncupat, videre licet. Parvus hic Mons, paulo supra pagum sui nominis situs est, in quo piccæ ubique enatas, & circummontem sylvescere videbis. Incolæ piccæ istas pinus agrestes pins lauages vocare consueverunt sed falso. Nam Picea, ut paulò post ostendam, à sylvestri pinu, id est Pinastro longissimè abest. Abietes quoque in eodem tractu plures enascuntur, sed in alio quidem colle vicino. Piccam (ut dixi) sola satiatione euariare comperi. Montana etenim dissimilis est campestri. Picea cum primum semine erumpit: nam (ut iam dixi) nec talea, nec surculo, nec propagine nec auulsione seritur, multiplicibus desinentibus, juniperi folium tunc referentibus. Cum verò adoleuit, tum bina perpetuò folia ex tubulo orunda conspiciuntur. At verò ubi in arborem excreuit, siquidem in plano extra hylas sita sit, caudicem contortum habet, sub rubro cortice vestitum, nimis hircum, atque ubi consenuit fungosum. Mox ubi in ramos diffunditur, eos sinuosos, linentes, ac perpetua fronde virentes producit. Sed ea si sola in plano proveniat nunquam proceri euadit. Sed mediocri arboris altitudine contenta esse solet. Comam in latum expatiantem explicat materiam mollem, leuiter rubentem habet, cariei alioqui obnoxiam. Ramos fragiles profert, qui cum crepitu rumpuntur. Piceæ resina exudant odoratæ, subalbam, amaram πίνος Græcè spagas Vero Latine dictam. Ramorum cortex ferè similis est cum colore tum figura cortici caudicis laurorum: nam superior pars liuida. Folia picæ exilia, rigentiæque semper gemina sunt, surculorù tantum vestientia fastigium, quorum color cinericius est. Materies picæ medullam quidem habet, sed tam exigua est, ut vix appareat. Folia gustum subacidum & adstringentem præseferunt. Piceæ rami in tria partiri gaudent usque ad extremos surculos. Coni picæ caudici firmissime hærent, qui semper retrogressi crassiori pediculo, adunco, breui, contorto annexi iunguntur. Picea, quæ in planis nascitur, mox ab radice brachiatur, cuius si caudex paulò profundius vulneretur, largam fundet resinam per initia liquidam, transparentem ut Laricis. Postremo albescit, & dura redditur: quæ si gustetur subamara cum in-

cunda

cunda quadam saporis gratia & aromatica sentietur. Nullos flores facere creditur, sed ego inulos, quos hyeme profert, florum loco esse censeo. Coni rudimentum paulatim capessens incrementum compactili congerie nucamentorum turbinatur, tuncque pediculum quo arbori inhaeret rectum habet. Is autem postea auferens reflectitur. Picea in Corcyra nigra vastiores fibulus non attoluntur. Picea omnes radicem, tanquam palum, humi rectè defixam, lignosam foris nigra, gustu acerbam habent. Picea quæ in verticibus montis vulgò Spachia dicti, olim Diæti conserunt, in vastitatem diffunduntur, atque altitudinem consequuntur: nam, cum iam Picea adulta est, tunc pini instar in vertices summos, hinc inde ramos diffundens comam facit latissimam: folia æquè, ut in reliquis perpetuò gemina habet, veluti ab uno tubulo ad ima annexa, gracilia, & oblonga, acuta. Ramos mox ab imo caule emittit. Ea annicula trunco glabro est prædita, Senescens verò caudicem consequitur scabrum, teneriores tamè ramuli glabri sunt. Hac nota à Picea, quæ in plano dissilat, differt, quòd conos impares quidem atque turbinatos habet, sed non ut in iam dictis quæ in plano nascuntur retrogressi hærent: nec ita pediculo crasso firmantur, sed caudici infirmo pediculo annexantur, quorum rudimenta circa Martium mensem sese produnt, neque tamen illi primo statim anno maturescunt. Ex huiusmodi picea, magna tædæ pars eius quæ in Creta nascitur, excipitur, ex qua Cretenses Tædarii picem & Cedriam conficere solent. Pagi, qui vulgò Spachia appellatur indigenæ, arborem circuncidunt, ut tandem morbosa fiat, & in tædam conuertatur, quod secundo tantum anno accidit: deinde ligna asfulatim concidunt, ex quibus exsiccatis postea picem conficiant: nam ex humidis Tædæ lignis Cedria melius quàm pix fieri solet. Theophrastus capite tertio libri noni picis faciendi modam, qui suo tempore erat fusissimè describit. Cuius verba hic adposuimus, quibus melius res tota intelligi possit. Picem, inquit, vtere hunc in modum consueverunt, cum locum æqualem præparauerint, & veluti arca facta concursum habente, in medium diligenter pamentarint, trunco permissos componunt: proximè sanè compositioni carbonem facientium, præterquam quod sine fossa opus perficiunt, lignis erectis, & inter se coherentibus, ita ut altitudinem assidue pro multitudine capiâr. Quod fieri aiunt cum compositionem descriperunt circuitu centenorum octuagenorum cubitorum: altitudine verò cum plurimum sexagenorum, aut centenorum, & quinquagenorum ambabus, si tæda pinguis sit. Cum igitur tædam ita constructerint, & materiam pertexerint, aliqua terra superinfusa indique, summa cum diligentia occultant, ut ignis nulla ex parte emicare possit. Pix enim

Iuli in Picea.

Picea Corycensis. Radix Piceæ. Picea diæti montis. Folia Piceæ.

Conorum picæ differentia.

Te-larij Cretenses.

Picem ex Picea fieri.

peribit, si id acciderit. Succendunt autem per aditum relictum: de in eam quoque partem stipant materiae, & obstruunt terra, reliquaque omnes obseruant, & quacunque fumum protrudi viderint, scalis scandentes, terram assidue infundunt, quo nullo pacto flamma erumpere possit. Canalis vero per medium structus aceruam, picem fluentem in foueam ducit, cubitis circiter quindecim ab aceruo. Pix effluens tactu frigida fit. Vritur duos dies, & totidem noctes cum plurimum: Saepe enim postridie ante solis occasum exusta iam est, rogiisque cessit. Id enim euenit cum nihil reliquum est, quod amplius fluat. Totum autem tempus, quo tæda vritur, vigilantes obseruant, ne quid ignis erumpat, & sacrificant atque concelebrant precantes, ut pix sibi copiosa, bonaque benignitate fiat deorum. Hæc ille. In Creta autem nostro seculo eodem fere modo picem excoquant, parua ab iis quæ à Theophrasto differentia. Furnum in sublimi latum construunt ad ima in angustum desinentem, qua parte cratem paulo inferius construunt, deinde struem quandam lignorum superiniciunt. Ignem postea desuper accendant, qui oleosum ligni liquorem inferius subsidere ad ima compellit, qui petens exitum per meatum descendit, seque in foueam vicinam recipit, ex qua pix nigerrima emanat: quæ omnium optima censetur. Nigrior efficitur, si ligna multum sicca fuerint, & multo magis si assulatim scissa sub sole totam æstatem permanserint. Hoc modo pix fieri solet, sed ex prima fouea ad minores transfunditur, in quibus cum refrigit, cogitur, atque induratur. Pix optima purissimaque, quam loca admodum aprica & aquilonia prebent. Contra quam opaca, horridior limbumque referens. locis enim admodum depressis atque opacis, nec vllò quidem pacto picea gignitur. Picea quæ in Ida Troadis nascitur plurimum ab aliis discrepare comperi. Si quidem in Ida, Martio mense breues iulos ut Coryllus promittit: quo tempore Coni à piceis montis Olympi decidunt, quod aliarum regionum piceis non accidit. Pediculus, quo Coni ramo adherent, gracillimus est, quare cum maturuerint leui ventorum flatu deturbantur, decutunturque ab arbore, cæterorum fructuum modo, cum tamen in aliis fere omnibus anniculi, cum nuper nascentibus in arbore permanere comperiantur. Quod in Ida Creta, Lyssa Illyria, & in Schiro Cycladum insula animaduertimus, & diligenter obseruauimus. At vero Picea quæ in Gallogrecia circa Abonimendam urbem & Cœricum, quæ Turcico nomine, Cure dicitur, & ea quæ in montis Olympi Phrygiae in quo nascitur, ad cuius radices Bursa urbs, de qua saepe meminit Galenus celebris nobili emporio, & balneis & infinitis Græcorum & Romanorum monumentis sita est, plurimum a se inuicem disident ea porro, quæ ad summum montis Olympi cacumen, aut

aliorum gelidissimorum montium proueniunt. Abietis rectitudine constant, cortice (si ad alias comparetur) glabro & subalbido, ramos serie quadam in caudicis ambitu, abietis in modum cruciformes mittunt, haud secus ac Rubiæ folia, quæ quemadmodum circum caulem stellatim decussantur, sic huius rami ex eodem geniculo stellatim procedunt, non autem confuso ordine, ut in aliis Piceis & multis arboribus tum Platano tum Fago, tum cæteris aliis accidit. Paucioribus constat hæc foliis geminis, aliis quidem piceis similibus, sed minoribus: Conos vsque adeo exiles, ut etiam maiores iuglandis nucis magnitudinem non excedant, qui etiam facillimè ab arbore decidunt. Propontidis piscatores, ut & Euxini subere carentes Picearum corticibus vtuntur, quos Vallachi ad eos transmittunt, quibus non secus atque subere sustinendis sagenis in piscationibus vtuntur, quemadmodum & circa Athon montem cucurbitis. Inter res iniferas pinus & picea (mirum dictum) erucis venenatissimas sunt obnoxia, magis quam quæuis alia sui generis. Næ et si saepius contingat, ut Abietes, Sapini, Larices, Pinastri in eodem quo picea sunt tractu nascantur, illæ tamen ab erucis immunes esse solent. Picea vero tam multis erucis scaturit, tam in montibus quam in plano, ut magna arboris pars albedine ceu telis arancarum obtegetur. Eruca siquidem telas pratenues texunt araneorum telis similes, in quibus nocte quidem delitescunt, Interdiu autem cum à frigore, imbre, vel Borea vento laceßuntur intrò sese recipiunt. Vbi verò dies elucescit, ita per ramos sparsæ vagantur, ut tanquam apum examen altera alteram insequens appareat. Interdum quoque accidit, ut piceas suis foliis denudent, easque ita erodant, ut totius arboris folia absument, nihilque nisi ramiam relinquunt. Perniciosissimum veneni genus erucam esse compertum habere, quod neque venteres latuit, quæ eas qui in pinu, & picea nascuntur ^{πικροειδής} vocauerunt, nostri pinorum erucas. Dioscoridi id abundè decantatum est, cæterisque qui eum sunt secuti, qui tam exitialem veneni vim eas habere scripserunt, ut his qui illas hausissent aluum ac stomachum inflammatione torqueri, pruriginè concitari atque corpus totum excætuare facerent, multaque alia Symptomata excitarent. Quarum rerum dum rationem aliquam ipse inuestigare studeo, comperi tandem meo maximo malo, multa ab his hominibus incommoda prouenire. Si quidem cum per locum in quo Picea confusa erant istis animalibus onuste transferebam, aliquotque ramos cum telis, in quibus erucarum examina latebant enulsissem, necumque linteis inuoluta detulissem, tandè post duos dies accidit, ut foras omnes per vnicum foramen tenue egrederebantur, quas nuda manu prehensens in pixidem inclusi. At ille quæ multum firmiter pedibus in-

Coni exiles Picea.

Cortex Piceæ subertis vicem pensat. Picearum erucæ.

Venenissimi erucis.

Quomodo cretenses picem coquant.

Ida Troadis. Iuli Picea.

Ida Creta. Lissa Illyria. Schiros. Picea iugmontis Olympi.

hærebant, & tela quam semper quocunque eant nent sese firmauerant for-
 tiori digitorum compressione vti me adegerunt. Quæ causa fuit cur earum villos,
 id est lanuginem omnem quibus ipsæ obsidentur attererem, in qua attritione
 villi in cute, atque etiam carne digitos meos subingressi effecerunt, vt tres in-
 tegros dies tantum pruritus, calor, & doloris acerbitatē sentire, vt ne manū
 quidē interim tangere, neque in lecto noctu continere, nec propter cruciatum
 dormire potuerim, brachiū verò collo adpēsū esse per totum id tempus oppor-
 tuerit. Erucæ istæ nonnunquā ad digiti minoris crassitudinē accedere solent,
 longitudine triū digitorū vilis rectis vndiq; obseptæ, sed si vilos abradas pellē
 nigricantē videbis. Vndecim ille intereipiuntur articulationibus, præter caput
 & caudā extremā, fenos ad caput pedes habet, vnguis vt Scolopēdræ adun-
 cis præditos, alios autē deinceps in reliquo corpore a prioribus diuersos numero
 octonos habent, multis & tenuissimis crenulis serratos, quibus foliis inherere
 solet: nā in texenda tela, pedibus duobus anterioribus fila saltē ad tex-
 turā disponunt, & telā faciunt. Caput illis vt formicæ, reliqua facies vt in vul-
 garibus Pyrorū aut pomorū erucis, nisi quod villis inter se differant: nā villi la-
 terū albicant, in toto autē tergo fului sunt, maculæque torpedinis instar ha-
 bent, quibus Acontius quoque Serpens sugillatur, quæ in tergo oculi ima-
 ginē describere videntur: formicarū more cateruatim sese arboribus appendūt.
 Itaque Pinorū & Picearū venenatas esse meo incōmodo cōperi, quorū
 venenū in villis existere manifestum est. Qui quidē vsq; adeo tenues sunt, vt si
 singulares fuerint visum faciliē subterfugiant. Rigi di ita sunt, vt externā cutim
 vtrica fortius vellicēt, merito ergo interuancæ hausti Valentius multo vellicāre
 posse credēdū est. Pinasri corticē eā habere lenticie, tenuitatē & glabricie, vt
 corij modo ductilis sit, et acu subulaq; cōsui possit, nos postea suo loco dicemus.
 Piceæ autē cortices & Abietis, & aliarū resiniferarū a gressiū quannus adeo
 ductiles non sint, in magno vsu tamen rusticis esse cognouimus. Ex eis siquidē
 vasa corbæque ac patētiōra quædā ad messes vindemiasque cōuehēdas faciūt,
 nec non prætexta quoque tuguriorū. Piceā Plinius Theophrastū sequutus in
 mare & fœminā diuidit. Alia etiā, inquit, generibus ipsis in sexu differē-
 tia. Mas breuior & durior, fœmina procerior, pinguioribus foliis & simplici-
 bus atq; nō rigētibus. Lignū maribus durū, & in fabrili opere cōtorrū, fœmina
 mollius, publico discrimine in securibus, ipsaque materies retorrīda, & nigrior
 maribus radix. Circa Idā in Troade & alia differentia est, montana mariti-
 meque. Nanque in Macedonia & Arcadia circa Elim permutant nomina,
 nec constat authoribus, quod cuique generi attribuāt, nos ita Romanos discerni-
 mus iudicio. Paulo post addit. Piceæ verò totis pāniculis abieti mari & fœmi-


Pithio cā-
 parum de-
 scriptio.

Picea mas.
 Picea fœ-
 mina.

næ minoribus, gracilioribusque minimis ac nigris. Propter quod Græci Pithy-
 phorō eā appellāt. In eadē nucamēta cupressiora maribus sunt, ac minus resina
 rosida. Itē eodē capite. Picea mōtes amat atq; frigora: feralis arbor, & funebri
 iudicio ad fores posita, ac rogū virens, iā tamē & in domos recepta tonili faci-
 litate. Piceæ rami penē statim à radice modici, velut brachia lateribus inhæ-
 rent. Similiter abieti expetitæ nauigiis. Situs in excelso montium, seu maria

Picea fera
 lis arbor.

Piceæ arboris figura.



fugerit. E diuerso materies
 quæ abieti pulcherrima, pi-
 ceæ ad fissiles scandulas, cu-
 spaque & pauca alia seca-
 menta Hactenus. Græci non
 illepidē hoc verborum inuo-
 lucro Piceæ & Pinus na-
 turam explicantes, ita fabu-
 lantur. Pityn puellam fuisse
 olim perquam illustre, vnicē
 à Pane adamantam quam
 Boreas quoque risalis depe-
 ribat vtrique addicta. Pani
 potius puella adhaesit, propte-
 rea Zelotypia stimulatus Bo-
 reas, Pityn in saxa propul-
 sans neci dedit. Dolens vicē
 puellæ Tellus eam in arbore
 sibi cognominē mutauit, quæ
 immortalī perpetuōque vi-
 rore frondesceret. Pan, reco-
 gnita, virenti eius ramo co-
 ronari se semper voluit. Lu-
 get adhuc arbor collachry-
 mans, quod Boreas immeritā
 proteruo spiritu depulerit.
 Verū quia dictionum affi-
 mitas nōn est vitis, viros et-
 tiam accuratissimos fefellit,
 visum est hoc adiciere etiam



Larix.

Plinium ipsum in iis aliquando hallucinatum, de sapissimè πύρινον Laricem verterit. Sed de hac re nos plura in Larice persequemur. Reliquum est ut à Picea ad Pinum transeamus: ut autem melius intelligatur quam arborem hoc loco descripsimus eius delineationem hic apponi curauimus.

Pinus.

πίτυς.

Pinus sativa.
Pinus sua
spontis.




Inus ea est quam Graeci πίτυν dixerunt inter resiniferas usque-
quaque vulgo cognita est, ut longiori delineatione non indigeat.
Pinus & sativa est, & sua spontis arbor, & quae non in hortis
tantum conseratur, sed in Sylvestri quoque loco sponte enascatur.
Multarum regionum incolae magnum de Etigal in nucibus habent, praesertim cum
nihil eius nucleis aduersus tussim efficacius inuenitur. De ea iam multa ante
diximus. Maximus autem in materia proventus esse solet, Syluestrem nihil
prosius quam cultura à Sativa discrepare comperio, tamen si Pinastrum sylue-
strem pinum dicant, de qua paulo post dicturi sumus. Pinus locis permultis sil-
uescit, etiam in planis, ut in Gallia Narbonensi agro, & circa Massiliam, &
in multis Italiae tractibus, ut circa Rauennam, quo loco sylvas ex se amplissi-
mas facit, quae non minus quam Sativa conos admodum grandes producit. Sa-
tiam intelligo eam quae in hortis, pomariis aut quouis paradiso colitur. Sylue-
strium semina si in cultum demandentur solum, easdem proferre arbores, atque
eosdem fructus comperies, ut nihil inter eas discriminis insit, nisi solius satio-
nis differentia. Pinorum nucleos qui à negotiatoribus vulgò venduntur Sylue-
strium promiscè & Satiuorum esse satis compertum habemus. Pini, Piceae, &
Alni caudices ad aquarum ductus cauantur in tubos, & obruti terra pluri-
mis annis perdurant. Illi verò nisi contegantur, citò senescunt. Fortiores autem
sunt, si humore adhuc pregnantis terra indantur. Allobrogibus & aliis mon-
tium incolis, hoc non incognitum, qui cum longius à fontibus absint, aquas per
tubos deriuantes, quos ex coniferis fecerint, aliis omnibus, qui ex ceteris arbo-
ribus excuari solent, praeserunt. Proditum est à Pinu & Picea malleos maiores
& vtiliores scandulae (que fieri posse, quam è reliquis aliis). Resiniferis autem
materiebus factis praeseruntur. Pinus atque Pinastrum ramoso in vertice folia
habent capillamenti modo, praetenuia, longaque, & in mucronem aculea-
ta. Pinus fert minimum Resinae, interdum & nucibus ipsis Theophrastus.
libr. 3, cap. 15, ait. Pinus quoque benigna omnibus propterea esse putatur, quod
radice simplici altaque sit. Seritur enim sub eam & Myrtus & Laurus, &

Pini caudices in tubos cauantur.

alia pleraque, nec quicquam prohibet radix quominus haec liberè augete
valeant, ex quo intelligi potest radicem plus infestare, quam umbram quip-
pe cum Pinus umbram amplissimam reddat. Iterum libr. 6, cap. 15, ubi inte-
pres Pinus, radicem agere tæda totam refertam inquit, de Picea est intelli-
gendum ut ex eodè loco Paulò post. quae in Tædam omni ex parte mutata sunt

Pinus.



Pinum hoc nomine intelligere voluit. Siquidem ex arboribus coniferis duae

obesitate mori tradidit, cum
nullum transitum habeant,
spiritus strangulantur, sicut
animalibus accidit: de nostra
pinu Theophrastus non intel-
lexit, sed de picea. At hoc
fusius in tæda dicitur. Pineis
optimè lignis as ferrumque,
inquit Plinius funditur, sed
& Aegyptia papyro, paleis
aurum. De pineis autem nu-
cibus hoc adiecit. Grandissi-
mis, inquit, pineis nucibus
altissimè quae à terra suspensis,
intus exiles nucleos, lacuna-
tis includi thorris vestitis a-
lia ferruginis tunica, mira na-
tura cura molliter semina col-
locandi. Harum genus alte-
rum, Tarentinum dicitis fra-
gile putamine auiumque ex-
positum furto in arbore, &
tertium Sapineum è Picea
sativa nucleorum cute ve-
rius quam putamine adeo
mollis, ut simul mandatur.
Quartum Pityda vocant è
Pinastris singulari remedio
aduersus tussim. Haecenus
ille. Fortè autem is nostram

tantum sunt quarum nuclei edendo sint, Pinastrum scilicet, & nostre Pinus. Ideo pius non debuit ancipitem apud Theophrastum sortiri appellationem ut nunc Laricem, nunc Pinum, nunc Piceam intelligamus cum ea Pinu tantum adscribi debeat. Sed quia Pinum iam descripsi, & iconem eius adposui superest, ut mox ad Pinastrum accedamus.

Pinaster.

DE Pinu iam dictum est, nunc quoque de Pinastro dicendum. Pinastrum vulgus Gallia & Celtica Aleuo vel Eluo vocat. Quae autem ratione, mihi non constat. Allobroges unde istam vocem sortiantur, ignorant: tamen Aelianus Aleuam habet, quod non arboris, sed pastoris Thessali nomen est. Quam vocem apud Theophrastum ex versione latina frequenter legimus. Tamen arborem Theophrastus nusquam agnoscit: non enim ea in Graecia aut Asia montibus nascitur. Neque inter aethores Graecos quispiam extat, qui de pinastro aut pinu sylvestri meminere, nisi is piceam forte intellexerit. A pinu haec plurimum differt. Arbor enim est ramosa ut pinus, sed humilior, quamquam ad pini altitudinem plerumque attollatur, atque ad eandem crassitiam extuberet. Pinastrum cortex glaber est, sed per ima terram versus in rugas undantes passus comperitur. Supra vero per totum caudicem & ramis veluti leuigatus & perpolitus ac tenuis apparet: ex quo indigenae picides, Corbes, & multa alia suppellectilia politissima consunt. Nam Coryi vitulini modo ductilis est. Totae arboris moles acuminati frangi mentitur effigie, ut quae supra omnes alias conoidalem exprimat formam. Surculo supra modum est, unde raro sinuosa conspicitur. Rami pinastrum virides multo humore turgent, ita ut exiccati omnes in multas rugas contrahantur. Folia pinastrum ut pinus longa sunt ac mucronata, sed in pinu duo tantum insunt folia, contra pinastro quina, alioqui toto habitu pinum refert. Unde pinastrum appellandam merito censui Abies, Cedrus magna, Sapius & Larix ramos a caudicis lateribus extensos ac veluti in corporibus brachia, parumper arcuatos depromunt. Sed pinaster, pinus & picea distortos emittunt. Insignem haec tibi habet de pinastro notam, quod folia ex crassiori surculo, pollicari crassitudine per tubulum promat quina simul coniuncta, ipsum surculum ambientia, quae nonnunquam ita in extremo eminent gracilia, numerosa, ut crinitum quiddam constituant caesariae referens effigiem. In his fectus novellus tanquam puluino a foliis fultus includitur. Siquid enim in picea, pinu, Sapino &

Pinus.

Cortex pinastrum corii refert.

Abies.
Cedrus magna.
Sapius.
Larix.
Pinaster.
Pinus.
Picea.

pino & Abiete, adueniente veris temperamento, germen in rami extremo pululat, ex quo aliud deinceps augetur, rudimentum coni futuri eius anni depromitur. Sic etiam pinastrum crassos in extremitatibus ramulos habet, ex quibus germina multis tuniculis circumdata, ac folia ambientia mittit, inter quae rudimentum fructus continetur, qui tandem auctus, in conum efficitur. Pinastrum coni ceteris molliores sunt, ob id auiculis obnoxii quas vulgus Allobrogum Picquerellos vocat. Corpore sunt graculo per similes, semper macilentae, quo fit ut in cibos raro transeant, plumas habent varij coloris. Magnam fructuum pinastrorum iacturam faciunt. Siquidem nucleos, quippe fragiles, rostro facillime atterunt: quos ex conis mollibus forti morfu prehendant. Haec quidem cum his quae Plinius scribit consentire videntur. Is enim picearum nucum quatuor genera assignat, inquit. Grandissimis piceis nucibus altissime a terra suspensis, intrinsecus exiles nucleos lacunatis includi thorus vestros, alia ferruginis tunica, mira naturae cura molliter semina collocandi. Harum genus alterum Tarentinum digitis fragili putamine, auiumque expositum furto in arbore. Haec ille. Harum auium naturam non ignorantes incolae, festinant conos legere quos domum deferunt & exiccant. Plana pinastrum & montium supercilia profus respuit, & quemadmodum Celtica herba, quae ultima herbarum ex monte excelsissimo lecta est, id est, quae nusquam nisi in iugis montium excelsissimis, quae a niue nisi duobus aut tribus totius anni mensibus immunia sunt, nasci recusat. Sic etiam pinaster ultima arborum est, id est, quod in ea montis parte nulla alia arbor supra eam inueniatur, alioqui tamen rara non est. Nam si per Allobroges ex Gallia Mediolanum tendas, siue per montem Iuniperorum, aut per montem Senesium (quos Galli vocant montem Geneure & montem Senys) nullum pagum in conuallibus reperies, qui pinastrum sub Elui nomine non agnoscat. Conos eius & fructus domi non habet, & ex arbore resinam excipiat. Pinaster tantum virorem induit, ut color eius in opacum ceruleum deficiat. Quod si per illas conualles pergas, sursumque spectes, fieri non poterit quin pinastrum videas, quae altissima montium cacumina obsident. Quam obrem quum ad eas videndas accedere voluerim, ultra leucam gallicam sursum in montem mihi conscendum fuit. Meridianum tractum ut Larix odit pinaster, nec grandines, niues, aut gelicidia reformidat, imò ab eis fouetur ac augetur. Extremi pinastrum rami iam desiccati, si sine foliis sunt, caules semperuiui maioris referunt. Siquidem eadem ambobus crassitudo inest, ita ut simul collati ean-

Coni Pinastrum.

Aues nucleorum pinastrum voraces.

Spica Celtica.

Pinaster egregie virect.

Semperuiuum magnum.

Pinaſter in dem alter alterius effigiem referat. Eſt etiam pinaſter in hortis Regiæ horto re- Fontanæblai ex ſemine enata, altera arbor vita dicta. Quis Verò talem gis Fontanæblai. arboris huius nomenclaturam ad nos inuexerit iam ſuprà diximus. Nemi- Altera ar- mini autem antiquorum ea hoc nomine inquam cognita fuit. Audio bor vitæ. quendam ex navigatione noui orbis inter ſuas merces, ligni cuius, quod vi- tra lignum appellabat, multas arcas plenas reportaffe, cum tamen Pinaſtri eſ- ſet cumque Regi Franciſco omnium maximo, hoc nomine impoſturam facere non erubuit. Ex quo nihil eſt quod miremur ſi homines ille incautos, doctiſſi- mos alioqui, medicos fallere poterit Quibus primò impoſtoris dolus non ſub- oluit. Lignum hoc album erat fungoſum, leue, ſuo adhuc cortice obductū, quod nulli inquam non modò prodeſſe potuit, ſed valde obfuit. Cuius incommoda cum multi magno ſuo malo ſenſiſſent, illud ab Uſu abdicandum, non minus quàm nuper Chinnam omnium calculo cenſuerūt. Quod ego de Luſitanorum quoque Saſapanilla faciendum iudicavi. Fontanæblai pinaſter arbuſcula eſt perpetuò virens: hanc cum prima fronte vidiſſem ſtatim pinaſtrum eſſe depre- hendi, cum ex caudice, tum cortice, ramis, & id genus peculiaribus notis. Ea intra quinquennium ad Viri altitudinem adoleuit. Ramos in girum circum caudicem eo ordine, quo in Sapino & abiete dicitur promit, per interualla habitu cruciformi. Folia habet, vt pinus ſed exiliora atque ex eodem ſurculo ſimul per ima tubulo inuoluta quina vel ſena. Perpetua fronde veſtitur. So- lertis nature induſtriam, qua in hac arbore in emittendis vere germinibus uſa eſt ſubticendam non putauimus. Nam ab arborum extremitatibus germina numero quinque veris tempore emergunt, quorum id quod in medio aliorum eſt, craſſiori corporis tuberculo conſtat, quàm cætera quæ in lateribus ſunt. Pau- latim autem incrementum capeſcens folia & fructus parturit. Cuius deſcri- ptionem ſi cum ea quam in montibus feceram cõferas eandem eſſe comperies. Sed hæc fructum nondum edidit. Ne autem temerè id pronunciaſſe videar, reipſa & argumentis veriſſimam pinaſtrum eſſe oſtendam quam Allobroges Aleuo appellant: cuius cum ago ſemina multis locis conſeuiſſem arbores mihi procrearunt ei perſimiles, quæ in horto Regio viſitur. Romanis in Uſu pineas eius fuiſſe veriſimile eſt. Cum enim ſingulis hominibus hoc ſolenne ſit ex ſuis vel minimis etiam rebus velle aliquid quaerſtus reportare, Allobroges apud

quos tanta eſt harum copia Romam venales eas deportaſſe credi par eſt. Si- Genus pi- nearū Ta- rentinum. quidem cum nucleorum pincarum nucum, quatuor à plinio tradantur fuiſſe genera, quarum poſteaquam de alta pinu ſcripſit adiecit & Tarentinum ge-


Lignum vita.

Chinna. Saſapanilla. Fontanæblai. Pinaſter.

Aleuo.

nus alterum digitis fragili putamine, cuiusque expoſitum furto in arbore, adducor, vt credam Tarentina nomine hanc de qua loquor Pinaſtrum intellexiſſe. Tibulum arborẽ aliã huic generi ſubieciſſe videtur his verbis. Eaſdem arbores alio nomine per oram Italiae quos Tibulos vocant plerique arbitrantur, ſed graciles ſuccinctioresque & enodes, liburnicarum ad uſus, penè ſine reſina. Pinaſtrum autẽ ſic deſcribit: Pinaſter, inquit, nihil aliud eſt quàm pinus ſylueſtris mira altitudine, & à medio ramoſa, ſicuti pinus in Vertice. Copioſiſſimã dat & hæc reſinam.

Icon Pinaſtri.



Tæda.



Vllam eſſe arborem, quæ peculiari nomine Tæda vocetur Theophrasti autoritate fretus & Dioſcoridis affirmare auſim. Nam tæda pinguis Piceæ tantum pars eſt. Coniferarum equidem arborum materia ob vitium pinguis facta (ſi modo fiat) tæda nomine uocari poſ-

Tibulus arbor conifera.

Pinus ſylueſtris.

Tæda.



Conus id est pix liquida.

set. Dioscorides nepe in capite in quo de Picea & pinu agit hoc modo scribit.
 Tada, inquit, Picea & pinus particulatim secta, si in aceto coquatur, & deco-
 Et o dens collatur, dolores leuat. Eade fere verba Plin. lib. 24. cap. 7. hinc mu-
 tuatus videtur. Tada inquit in aceto decocto dentiū dolores efficaciter collu-
 tur. Prater ea cū de pice liquida differit. Pix liquida inquit quā alij Conū vo-
 cant, ē pinguis sima. Pini piceaeque lignis cōgregatur, lignorum nomine tadam
 intelligens. Est prater ea locus apud Dioscoridem primo capite de oleo cādido,
 Vbi tādā fusius describit, hāc inquit. Postea tādā prae pinguis picea assulatum
 cocta aequale pondus adiicitur, & transactis octo diebus oleū cōcha mouetur.
 Ex quo liquet tadam prae pinguem piceae partem esse. Plinius quoque in hunc
 modum scribit. De Tadis lignorum cōbustis, tritisque in mortario carbonibus,
 atramentum librarium conficiunt. Item lib. 16. cap. 12. Manifeste Tadam ē
 Picea peti scribit. Aperitur picea ē parte solari, inquit, non plaga sed vulnere
 ablati corticis, cum plurimum bipedali hiatu, vt a terra cubito cum minimum
 absit, nec corpori ipsi parcutur, vt in ceteris, quoniam hastula in fructu est. Ve-
 rum hāc terra proxima laudatur, Altior amaritudinem affert. Postea humor
 omnis ē tota confluit in vlcus. Verba hāc a Theophrasto de sumpta sunt qui-
 bus tadam a picea peti satis comprobatur. Item paulo post scribit. Inter hāc ge-
 nera proprium quidam fecere Sapinum, quoniam ex cognatione earum scri-
 tur, qualis dicta est in nucleis eiusque arboris imas partes tadam vocant, cum
 sit illa arbor nihil aliud quam Picea, feritate paulū mitigata. Haec tenus. Pau-
 lo post dum de arborum natura per situs differit, inquit, Montes amat Cedrus,
 Larix Tada, & cetera ē quibus resina gignitur. Locus iste mihi admodum
 suspectus est: nam Tadam dum dicit putatur etiam piceam pinguem intelle-
 xisse, quum eandem resiniferarum generi adscribat. Post Laricem enim, quam
 quintam ordine constituerat, hāc addit. Sextum genus est Tada proprie di-
 cta, abundantior succo, quam reliqua, parrior, liquidiorque, quam picea, flam-
 ma ac lumini sacrorum etiam grata. Quod sacrorum lumini gratam scribit, id
 de ligno est intelligendum: nam si aliter haberet, certē sui generis arbor esset.
 Sed quoniam mox eodem capite subiungit Laricis morbus est, vt Tada fiat,
 plane perspicuum est arborem sui generis non esse, quippe si morbosa Larix de-
 ficiat in Tadam, neque ex Larice fieri Tada nisi vicinata morbo potest. Hinc
 pallam est, Tadam arborem peculiarem non esse sed de his in Larice fusius di-
 cetur. GAZA Theophrasti interpres nōn nunc Piceam, nunc Laricem vertit.
 Sed Plinius Laricem quandoque dixit, Tadam quoque Plinius alia signifi-
 catione assumpsisse videtur vt lib. 2. cap. 7. in quo de semper ardentibus locis
 hāc habeat. Eadem in Lycia, inquit, Ephesli montes Tada flammante tacta

flagrant adeo vt lapides quoque riuorum & arena in ipsis aquis ardeant, ali-
 turque ignis ille pluuui. Theophrastus decimo quinto cap. lib. 6. de Tada hoc
 modo scribit Radices, inquit, tanquam plantarum ventres esse, quoniam cibus
 in eis aliquatenus alteratur, quod etiam in arboribus constat quae pinguescere
 admodum sunt solita. Picea enim radicem agit tada refertā. Ratio eadem quae
 in animalibus est, quod pars alimenti, quae ferbuerit, excoctaque sit, quoniam
 purgatissima est, aspidet, & collecta densataque pinguedinem reddit, reliquū
 verō sursum transmissum, partes quae supra terram eminent, nutrit, non per illā
 pinguedinem subiens, sed per alios quosdam meatus. Nam quae in tadam omni
 ex parte mutatae sunt, obcitate moriuntur. Cum enim nullū transitum habeant
 spiritus, strangulantur. Item cap. 13. lib. 6. inquit, Tada quoque detracta Picea
 seruari potest. Hinc etiam pinguedo pro magno habetur. Sed hāc omnia ca-
 teraque non nisi bene adulta sufferre possunt. Et hinc quamuis putruerint, ser-
 uari tamen, ac viuere queunt. Nam & Picea semper tadificare consuevit, sed
 cum viget atateque maior est. Caret enim picea tada nouella, quae humorem nō
 excoquit, neque aggregat, sed totū ad germina incrementaque altitudinis ab-
 sumit. Statim enim ac dilatare coepit, vis illa & habitudo tade videtur conse-
 sequi. Qui Piceas in Tada studio securibus prosternunt. Tadarij cōuenienti vo-
 cabulo dicuntur. Sycē in picea dicta ditaxat in scemina prouenit, vt quae mi-
 nus tadacea sit, quam mas, leuigatior ac probior cursu meatū. Ficu vocat Idei
 tadarij. Hāc ille. Tada, a Graecis δῆ & δα δῆ vocata est, cuius rātus fuit Ro-
 ma olim vsus vt vulgo etiā in foro videretur, quae admodū etiā nūc in Oriente,
 Vbi vulgus δαδῆ vocat. Nā & ipsi piscatores qui dormientes pisces in litore
 fuscina persequuntur, in magno vsu habent. Nos autē in mediterraneis trachti-
 bus eius loco cadelis ex Sepo vimur, cū ea opus non habeamus. Materiā quae
 medullā tadaceam ambit, Theophrastus Pinū feminam vocat. Ficu, inquit, ab
 Idaeis tadaris cognominari traditur. Siquidē pars interna rubicunda tada est
 externa autē minusque tadacea magis albicat: nā cū grandes arbores prostratae
 sunt, partes candidae ambiētes quae cōputruerunt absconduntur. In neruū intus
 rubicundū, sine arboris medulla securis adigitur, inde Tada nascitur. Ambientes
 enim partes cādide Sycē cognominantur, id est ficus, quae neque Tada redolēt,
 neque ardent, sed ab igne resiliunt. Ex hoc Theophrasti loco Casare & ceteros
 qui cū sunt secuti detegunt ab eodē furtim sumptisse quae illi scripserunt. Tada
 itaq; non in quavis arbore piceae inuenitur, sed in us tantū quae vetustate conse-
 nuerūt. nō omnis itē materies Tada facit, sed solum medulla. Tada a potis etiā
 celebratur. Virgilius 6. Aeneidos cum de Miseni funere scribit, hāc habet.

Idei Tadarij. Ficus.

Dormientes pisces.

Sycē. Loc apud Theophrastum quo Casaris dictum deprehenditur.

Tæda poetis & Vergilio celebris.

Nec minus interea, Misenum in litore Teucri
Flebant, & cineri ingratum suprema ferebant
Principio pinguem tædis & robore secto
Ingentem struxere pyram.

Et Iuuenalis

—Si qua darentur

Sulphura cum tædis, & si foret humida Laurus
Pone Tigillinum, Tæda lucebis in illa
Qui stantes ardent, qui fixo gutture fumant,
Et latum media sulcum de ducit arena.

Alibi quoque.

Larix.

Cedrus.
Picea.
Pinus.
Pinastræ.
Larix.



OSTquam Cedri piceæ, pini & pinastræ historiam satis abunde descripsimus, consequenter de Larice quoque dicturi sumus. Larix sola inter cætera resiniferarum genera sua folia hyeme exiit. Ex quo Plinium falli scimus, qui neque decidua esse folia eaque mucronata tradidit, neque villo exhilarari flore putauit, non est alia sui generis, arbor, ex qua multò plura petantur pharmaca, quam Laricis magno certè Allobrogum & incolarum Celticæ regionis prouentu. Laricem Græcia nunquam vidit, cuius ne ipse quidem Theophrastus vnquam meminit, vt quæ peregrina esset: tamen si Dioscorides de ea aliquid dixerit, veluti de re externa pronunciaisse videtur. A Gallia sub alpina, inquit, Resina liquida conuehi solet, quam vernaculo nomine Larica appellant incolæ. Præterea eodem capite in quo de Resina liquida pertractat. Colore, inquit, resinæ inter se distant, siquidem alia candida est, alia oleosa, alia mellei coloris similitudine. *ἡ δὲ ἰσχυρὴ ἰδὲ ἐστὶν ὡς τῆς λάρικης.* id est vt Larigna. Ex quo perspicuum est eum tanquam de re peregrina locutum: Nam quod Plinius libro 16. cap. 12. In Macedonia Laricem masculam vridicit, id de picea esse intelligendum satis planum est. Larix siquidem in Macedonia nasci nusquam visa est. Quemadmodum neque Homerus vnquam de larice meminit de hoc iam in Thuia abunde diximus, Vallis est paulò supra lacum Benacum, quæ a Laricibus ibi affatim nascentibus, vulgò Vallarice nomen est sortita. Cæsaris Columellæ & Plinij authoritas, qui hanc inuictam flammis assueverant, me olim eo perduxerat, vt in torum mihi viderer veram Laricem ignorare, sed vbi contra quàm illi scribant vri eam posse animaduerti, malui in tanto dubio medicis & Philosophis assentiri, quàm Cæsari, & aliis qui eandem sectantur opinionem. Mirum certè esset, quum Larix

Thuia.
Benacus
Lacus.
Vallarice.

ab omnibus in numero resiniferarum censeatur, eam tamen inuictam flammis nec magis quàm lapides vri: cum arbores quæ resinam fundunt, ex quarum numero est Larix, plurimà ex se & oleaginosam substantiam emittant. Quo fit vt etiam facilius ab igne vincantur. Plinius tædam perperam ex morbosâ Larice fieri autumat cum id Theophrastus de picea dixerit. Est autem tæda pinguisima piceæ arboris materia, ex quo sequeretur non tanta difficultate qua Cæsari placuit flammam eam recipere. Laricem nostri Melesam vocant. Atqui si Melesa Larix est, fortè Cæsaris Larix nõ est, quam se flammis inuictâ vidisse scribit, cuius nullũ superstit reliquiarum vestigium: nã vix aliquod ligni genus apud Celtas nascentè videas, quod non ab igne vincatur. Sed Cæsaris verba hoc modo fortè excusari possent: Nam cum corporis cuiusque proprietates alia ad suscipiendum ignem habilis sit, alia inhabilis mirũ videri non debet, si tanta lignorum moles, quantam ipse refert, leuem flammam respuerit. Quid quæso imbecilla cremiorũ flama grandi trahi poterit? Enimvero grande corpus solidum, continuum, densum, cuiusmodi erant contignationes trabium viridium Laricis, difficilius alteratur, mutatur ab eo cuius motum est, vt in ista grandi lignorum mole, quæ sustinuit insensibilem alterationem cremiorum ab igne. Et si fasces igni habiles huic cõpago admoti nihil profuerint, leuiter ferendum est: nam si illico fasces combusti sunt, & trabes flammis inuictæ ignis vim euaserint, integræ & non vsta permanserint, id densitati referendum est acceptum, quod autem fasces ilicò ignem susceperint laxitati. Quamobrem non est mirum si trabes Laricæ ab igne inuictæ subsisterint. Ob hanc rem Cæsar, qui etiam ista viderat, & quæ de Larice retulit vera esse posse putauit: id vero semper non accidere experientia abunde cõpertum est. Cæterum vt quæ ad Laricis historiam pertinent persequamur, dicendum Larix mult

Melesa.

Imbecilla flama grãdi trabinò nocet.

Larix multa pharmaca promittit.

Larix circa
Enipótē
vulgaris.
Larix folio
deciduo.

ster multò magis in Conum conglobatur. Sed picea & pinus veluti in Umbel
lam diffusa suos ramos in latum diffundunt. Nulla huius generis arborum post
pinastrum, frugorum magis patiens est quam Larix, Picea vulgarior quam La-
rix ubique ferè reperitur. In Germania tamen alioqui rara est. Si quidem mihi
maximam totius Germaniæ partem unà cum præceptore meo Valerio Cordo
peragranti, nusquam in tota Saxonia, Bohemia, atque adeò Pomerania vel Vi-
nicam vidisse contingit, præterquam quod supra Enipontem admodum vul-
garem offenderimus, Resiniferarum omnium quæ conos habent, sola Larix fo-
lio prædita est deciduo. Cum itaque picea plurimum à Larice distideat, mirum
unde tantus error inceserit, ut etiam Plinius sibi ipsi imposuerit. Atqui quo-
niam Larici folia decidunt in hyeme, Martij initio pullulare incipit. Mirum
est quod ab iisdem gemminibus à quibus superiori anno folia deciderat, eodem
sequenti emergant, atque eodem ordine, ex vno surculo rotundo veluti emi-
nenti ex ramo, quo quidem tempore conij quoque rudimentum cum folijs scor-
sum exoriri solet, qui intra magnitudinem Regiæ nucis adulescit. Rudimentum
hoc vix è tenerimo Laricis ramo pisco maius emicat rotundum, procedente
tempore longius tenuatur, augeturque faba ferè crassitudine, tunc colore Ama-
ranthi egregie mentitur, ut arborem eleganti, nitilloque colore conuestiat.
Quod si vnum ex tenellis à ramo eruas veluti amomi floccum videbis. Nam
còpactiles sunt squamulae eleganti rubro diluto rubicundiores, quam rem di-
gnam iudicavi quæ hic adscriberetur. Laricis coni anniculi, tam firmiter suæ
arbori hærent, ut perpetuò veteres cum nouellis in arbore videantur, qui si ad
femina legantur, in principio hyemis id faciendum, quum arbor sua folia exiit,
alias post id tempus sese ita pandunt, ut nihil in se feminis contineant. Laricis
folia numerosa sunt, sed exortus rariores habet, quia rariuscule ex ramis tubercula
illa quibus folia hærent in ambitum caulis disponuntur, quæ si à ramo
vellas unà cum folijs penicilli quo pictores pingunt, extremitatem habere
te putabis. Quantum autem ad extremos Laricis ramulos attinet, graciliores
sunt, quam in quavis alia conifera arbore, ac magis flexiles colore sunt ex me-
lino in rufum languentes, odore perquam iucundo Larices in monte Senese
nonnunquam Abietes vastitate æquant. Laricis coni pillularum Cupressi ma-
gnitudinem complent, sed paulò longiores sunt, breuique pediculo ramo an-
nectuntur, ipsi ramulis retrogressi versus arborem accubant, gracillimis squa-
mis, compactilibus, foliatis, alterutram amplexis, quarum quælibet nucleus bi-
mos foliatis alæ cicadæ similitudine, semen autem magnitudine seminis Cu-
pressi, exiguoque includit. Hæc si Masticeatur pineam planè nucem odore
referunt.

referunt. Folia obtusa, mollia & flexilia duum digitorum longa, leuiter com-
pressa, fœniculi crassitudine circiter triginta simul cõiunguntur radiatim sur-
culum ambientia, ita ut ocellus rotundus propter foliorum compaginem in me-
dio appareat. Saporis sunt minus quam reliqua genera adstringentis. Pinum si
atterantur odore referunt, folia sicca flaccescunt. Larix affinitate similitudi-
nis Cupressum, mentitur folijs ferè & conis. Laricem etiam semine adultam Cupressus.
habemus vastissimam. Excreuit enim in hortis Dorijni Renati Bellaj olim
Episcopi Cenomanensis tribus tantum milliaribus ab Vrbe Cenomanensi. Quæ
admodum autè Galli Laricem Melesam vocant, Sic etià huius fungum Aga-
ricum Melesæ norunt appellare. De Larice Plinius lib. 16. cap. 40. meminit.
Amplissima, inquit, arborum ad hoc æui existimatur Romæ visa, quam pro-
pter miraculum Tyberius Cæsar in eodem pòte naumachiaro exposuerat ad-
uectam cum reliqua materie, durauitque ad Neronis Principis amphitheatrum.
Fuit autem trabs è Larice longa pedes cxx bipedali crassitudine equalis. Quo-
inelligeatur vix credibilis reliqua altitudo fastigium ad cacumen æstiman-
tibus. Demiranda est Plinij sententia, qui Laricem in aquis mersam non flu-
etnare tradidit cap. 39. libro 16. Spississima, inquit, ex omni materie, ideo &
grauissima iudicatur. Ebenus & Buxus, graciles natura in aquis fluitant, nec
suber si dematur cortex, nec Larix. Hæc ille, qui etiam eam caricem sentire
tardissimè scribit eo quod in humore sit præcipua. Laricem in maritimis nau-
ibus obnoxiam tere dini aiunt. Quædam enim in mari, quædam in terra vicis
opportuna. Viscum quod in Larice & Abiete nascitur sicut Græci dicunt,
cuius mas fertilis est femina sterilis. Cum itaque Larix in Græcia non nasca-
tur, id Piceæ aut Pino debetur, quemadmodum etiam que iam lib. 16 cap. 12.
de Larice scripserat. In Macedonia, inquit, Laricis masculæ materiam vunt,
fœminæ verò radices tantum. Qui tamen eam paulò ante flammis inuictam
esse volebat. Præterea alibi Laricem quinto Resiniferarum generi adscripsit.
Libro enim 16. cap. 10. Situs, inquit, idem, eadem facies, Larix vocatur. Ma-
teries præstantior, longè incorrupta vis, emori contumax, Rubens præterea &
odore acrior, plusculum huic erumpit liquoris melleo colore, atque lentiore nu-
quam duretcentis. Item paulò post. Omnia vero ea, inquit, perpetuò virent,
nec facile discernuntur in fronde, etiam à peritis, tanta natalium mixtura
est. Sed picea minus alta quam Larix. Alio item loco Larix, inquit, cras-
sior leuiorque cortice, folio villosior, pinguior & densior, molliorque flexu.
At Picea rariores, siccoraque folia, ac magis argentia, totaque horridior est

Liquor
melleus
Laricis.

» & perfusa resina. Larix vltis radicibus non repullulat, Picea repullulat. Haecenus Plinius, qui cum multa de Larice dicat, ea ex Theophrasto habet, quae prorsus Pino aut Picea debentur. Item cap. 39. lib. 15. etiam scribit.

» Sic certe, inquit, Tyberius Caesar concremato ponte naumachiario Larices ad restituendum cecidi ex Rhetia praefiniuit.

Laricis figura.



Quaquam multa de Larice apud Theophrastum quemadmodum lib. 6. cap. 24. legantur hoc modo: De cacuminationis demutilationisque ratio in paucis cogitanda est. Pauca enim sunt quae emori ea de causa possunt, quippe decacuminatione. Abies Pinus, Larix & palma dumtaxat pereunt. Ista tamen Larici non debentur. Latinus enim caudex a Gaza conuersus Laricem quidem habet, sed ex voce πύκνον redditam. Theophrastus autem Pythios nomine nusquam Laricem comprehendit, imò de Larice mentio nunquam apud eum reperitur. Superest ut de Agarico, id est Laricis fungo aliquid dicamus.

Agaricum.

DEmiroi ego Neotericos quosdam non credidisse modo, sed etiam prodidisse Agaricum in alia arbore, quam in Larice nasci. Dioscorides quidem ex conifera arbore agaricum alia quam in Larice nasci posse putauit, non in Gallia, sed in Asia Galatia scripsit. Verum non in quercuum caudicibus in Gallia, ut illi autumant. Falluntur praeterea qui glandiferis arboribus dotem ferendi Agarici tribuunt, quae ad modum enim neque cuius Larix Agaricum promit, sic neque omnis Picea Tadam. Est locus apud Plinium lib. 16. cap. 8. quem, ut genuina lectio constat sic ego legendum conseo. Galliarum resinifera maxime arbores Agaricum ferunt. Quo quidem loco ubi quaedam exemplaria perperam glandiferarum habent, ego coniferarum, aut resiniferarum legendum puto. Nam glandiferae arbores nullo modo genuinum Agaricum producere possunt. Quis autem in medicina eius sit usus, non est praesentis instituti dicere: ea etenim tantum quae ad historiam eiusque naturam pertinent scribere volumus. Maximus eius nunc in tingendis purpuris egregio splendore cocco fulgentibus infectioribus est usus qui olim ignorabatur. Nec mirum est rarum inuentu esse, cum ex decem millibus Laricum arboribus, vix vnam Agariciferam comperias, non nisi autem ex antiquis Agaricum produci in confesso est. Non tamen quantum etiam annosam Laricem Agaricum gignere comperimus: multa siquidem milliaria cum per montes iter faceremus semensi sumus, antequam arborem aliquam quae Agaricum funderet, inueniremus. Quod si quispiam tum in Vallaricem, tum in Brianzona appulerit, & versus montes contenderit, multas quidem ille Laricis arbores videbit. Sed totum fortasse diem ante peragravit, quam ei contingat ut vel vnam Agariferam offendat. Sed cum semel indigenae matrem quandam compererunt hanc diligenter obseruare solent, tanquam ex qua prouentum annuum se consequuturos sperent, neque tamen quotannis, sed alternis tantum annis ad eam accedunt, quo fungus in ea enatus carpant. Agaricum ut non nisi certo quodam anni tempore, sic nec impunè se legi patitur, non nisi enim ab his qui artem legendi tenent, sine noxa auferri potest: non autem vno impetu, ut fungus terre erumpit, sed paulatim & per vices incrementum capiens augetur: non tamen, sicut eum videmus friabilem, leuem, ex succum, sed fungus copioso humore madens conspicitur, qui tractrici quaedam facultate spongiae modo humorem in arbore pertrahens nutritur, & plane modo augetur. Quod quidem cum in statu suo est (nam habet & suum in-

Agaricum

Picea Tadam

Agaricorum inuentu.

Vallarice. Brianzona.

Agaricum vix sine noxa legitur.

crementum, statum & declinationem,) si incaute legeris, maximo te afficiet nocumento. Ideo persape rusticos Symptomatibus grauisimis & maioribus quam Thapsia, ledere consuevit. Cuius illi reirion ignari maturitatis tempus expectant: Nam si iam maturum te gent, nullam noxam suo halitu adferet, alioqui securibus cum cortice abscondunt faciem auertentes. Si agaricum in nascendo rimam in cortice nactum sit, in longiorem fungum augetur: sed si locum habeat capacem in latum diffundetur: Vbi vero non ex rimâ, sed ex medio quodam erumpit, tunc inturbinem extuberabit. Quæ causa est cur in diuersis formas excrescat. Nam certus est illi in arbore nascendi ritus. Aliâs enim in caudice versus cacumen, aliâs iuxta terram, aliâs circa medium caudicem, sed nunquam in ramis prouenit. Ideo cum per montem ad inquirendum Agaricum mihi eundum esset, & ducem haberem qui multas matres agnosceret, sine ferreis vnguibus, quos Italicum vulgus Scalpheronos vocat incedendum non fuit. Nam qui ad prærupta illa loca se conferunt, Veluti hi qui Capreas & Ibices balistâ arcuue, aut missili glande ac tormento venantur, eadem operi iter conficientes in Venatione Larices obseruant, ad quas si agarici vel rudimenta animaduenerint, cum legendi tempus appeter, reuertantur. Aliâs enim si acciderit, vt frustra iam magna licet immatura repererint, ea tamen carpunt, maximo hominum damno. Magni siquidem inter colligendum refert, utrum perfectum sit an imperfectum. Illi vero & si proteruè se agere norint, quod Agaricum immaturam legant, eum tamen questum prætermittere nolunt. Nam qui primus in syluis Lariceis Agaricum in arboribus offenderit, liberè illud legere potest. Agaricum non reperies, quod non Larici in excelsiori montis iugo habeat, quod tamen si diutius arbore inhabereat vitiosum euadit, fitque cariosum & squallidum, ita vt etiam tandem fatiscat & in puluerem redigatur. Multum itaque interest quo tempore legatur: nam quodcumque Agaricû si post duos annos decerpatur, vitio nõ carebit, quemadmodum neque illud quod ante annum à matre decerptum fuerit. Tempus autem legendi debet ante hyemem esse: nam per æstatem suam consecutus est magnitudinem: Nec est committendum vt succo madens, cuiusmodi est in vere dum augere incipit, legatur: tunc enim, vt recens spongia, grauis est odoris, & ponderosum, ita vt illud stomachus non facile patiat, quin in vomitiones effundatur. Autumnale vero, quippe iam digestum, & ceterorum fructuum instir probe coctum, benigne corpus soluit. Non ita distinguendum est Agaricû, vt mas in Larice mare, femina in Larice femina gignatur: sed aliunde petèda est differètia quæ iâ abundè à multis authoribus tu Dioſco-

Scalferoni sunt ferrei vngues.

Maturum aut immaturû Agaricum.

Vernum: Agaricum.

Autumnale: Agaricum mas. Agaricum fem.

vide dicta est. Nihil profus fungus ipse hyeme augetur: Ab initio autem Veris vsque ad Autunnum incrementum suum habet. Nã quum primum ver appetit, humor quidem per quosdam meatus extra corticem ex pellitur, qui concretus ita augetur, vt suam magnitudinem intra annum assumat.

Sapinus.



I Gallico nomine Sapinum appellare volueris, nõ dices du Sapiu, cum id nomen Abieti debeat. Gallicè autem dicendum Suiffe, & Abies du Sap. Ne autem eandem arborem Abietem & Sapinû esse credamus facit, quod Vtranque dictionè à Latinis vsurpatam fuisse videmus. Plinius enim libro 16, cap. 39 scribit. Cato, inquit, hominû summus in omni vsu de materiis hæc adicit, Prelum è Sapino alta potissimum facito. Item libro 15, cap. 10, hoc modo Sapium habet. Harum genus Tarentinum, inquit, digitis fragili putamine, auiumque expositum furto in arbore, & tertium Sapineum. Atqui vt qualem arborem Sapini nomine intelligere velim palam sit, singulas eius notas vnaque illius Iconem adiciã. Recto, vt plurimum, assurgit caudice vt abies, atque eadem ferè altitudine. Quamobrem parum refert si eum feminam Abietem esse pronunciauerimus. Est autem ea sui generis arbor, quæ ad eam altitudinem assurgit, ad quam mas: quãquam vt etiam & in abietibus nonnuquam reperiantur quæ pumilla sunt, & à sua altitudine & rectitudine descierunt, humilesque permanent. Ramos abieti similes mittit, sed pendentes, vt in Iunipero maiori dicitur. Tota arbor Abiete surculosior est, sed folia eadem sunt, hoc dempto tamen, quod in abiete singularia vtrunque pectinum modo coherant. Sapino autem ramusculum nullo seruato ordine circumdant, leuiter mucronata, & ferè teretia, cû in abiete obtusa sint, & compressa. Sapinus virore herbaceo exhilaratur. Picea tamen eo multo magis palleſcit, vnde etiam Sapinus à longinquo solo aspectu ab aliis discernitur. Ramis in caudice debitû seruant ordinè, qui sursum reuertuntur, sed surculi graciles permulti dependent. Caudicis cortex ex cinereo in liquidum colorem pallet, aliquantulum scaber. Conos profert omnibus aliis numerosiores & longiores, admodum conspicuos ab extremis ramis versus terram pendentes, qui pudendum virile extensum, cum longitudine, tum crassitudine mentiuntur. Vnde nomen obscenum apud Allobroges & Lugdunenses consecuti sunt. Diutissime illi in arbore pendentes permanent, sed cum consenuerint, squamas suis ex quibus conus constat, aperit, tunc seminû pars maxima sua sponte decedit. Squamæ porò bina granula in paruis torrulis sub

Du Sapiu. Suiffe. Abies. Du Sap.

Sapium.


Sapineu.

Abies femina.

Sapinus. Picea.

sinu fouent nigra, vt picea paulò tamen maiora, que in Larice flaua sunt. Conos cimicibus obnoxios habet, à quibus etiam in arbore eroduntur, quas si digito attrieris, feterrimum odorem senties. Formam ille etiã cimicum referunt. Sapius situm in siluis consecuta in quibus nasci gaudet, in tantam vastitate assurgit, vt Abietem eminus esse diceres. Arbor ipsa enodis tota est. Quod si caudex passus rugas contraxerit (vt plerunque in antiquis fit) nõ hec hratim abeunt vt in Larice aut vt in picea, profundis rimis descēdūt, sed veluti crispæ disiliūt. Sapius ad trabes & asseres faciendos idonea censetur. Sed vbi Larix copiosa nascitur, Sapius asseres non magno sunt in precio. Tubis ad aquarum ductus consiciendis non æque ac Larix aut Abies idonea est. Primum enim probitatis materiei locum ad tubulos faciendos Larix, deinde Picea, postremo Abies, vltimo loco Sapius sortitur. Atqui quoniam materia eius raris & laxa est, ab omni intestino opere abdicatur: quocirca eam rustici omnibus aliis lignis propter suam mollietatem postponunt. Sed cum

Sapius arboris delineatio.



caudex est integer, satis firmus quidē est, vt ex eo asseres fiant, portarum repagula & Valuarum: alioqui accendendo igni tantum est aptus.

caudex est integer, satis firmus quidē est, vt ex eo asseres fiant, portarum repagula & Valuarum: alioqui accendendo igni tantum est aptus.

Abies.




Alli cum latius sese extēdant, res singulas variis idiomatibus nūcupare solent, quod in hac Abiete fit. Sunt enim qui Auetum nomine Allobrogico & Aluernico Abetum ad Italicam vocem Auetum magis accedentes appellant. Sunt qui dicant du Sapius, alij du Sap. Arbor est post Cedrum inter resiniferas excelssior, & erectior, & enodior, quæ conum sola Cedro dempta versus cælum tendentem mittit. Græci vsque in hodiernum diem Elaten nominant, hoc à montis Arthos Calloieris accipi. Hanc si marem vocemus ad discrimen Sapius, quam Abietem feminam esse posse tradidi nihil refert. Abieti folia vtrunque pinnata ordine disposita insunt, quæ virore magis diluto prædita ac subalbida conspiciuntur, obtusa, lata & breuia, pertinacissimè herentia, nec per hyemem decidua. Cacris in Abiete vt in Larice ac Picea nascitur, quam etiã tota hyeme perdurare Theophrastus tradit. Quid autem Cacris sit, anceps est dicere. Posset enim Cacris pro cono assumi, sed roboræ Cacris etiã ferre Dioscorides tradidit. Est autē in Abiete Cacris excrementum quoddam, Laricis coni referens effigiem, foliolis tenuibus circumstipata pillula. Hæc omnium coniferarum altissima & rectissima est, quæ propter leuitatem ad naualium malos antennæque cæteris arboribus præfertur. Demiror Plinium decorticatam abietem Sapius vocasse Abieti, inquit, quæ pars à terra fuit enodis est: hæc qua diximus ratione stuitata decorticator, atque ita Sapius vocatur. Superior pars nodosa duriorque susterna. Ideo Romæ infernas Abies supernati præfertur. Est per gentium quoque regiones illis differentia alpbibus Apenninõque laudatissima. In Gallia Iura, ac monte Vogeso, in Corsica, Bithimia, Ponto, Macedonia: deteriores Aeneatica & Arcadica: pessima Parnasica & Euboica, quoniam nodosa ibi & contorta putrescenteque facile. Hæc ille. Hoc tamen mihi aliquantum duriusculum videtur, quod Plinius Abieti folia pungentia esse dixit. Id etenim in nostra nunquam deprehendimus, quæ tamen apud nos vsque adeo promiscua est, vt omnes etiam hortorum aræ illa consistant, nisi quispiam illum Sapius intellexerit, quam Abietem feminam vocari posse iam ante diximus, cuius folia in extremo aliquantulum rigentia sunt: Huic quidem sententia facile ad stipularer, nisi natales repugnarent. Ipsa siquidem non nascitur, nullamque aliam omnes Græci noscunt Abietem, quam eam cuius mox Iconem dabo. Theophrastus lib. 5. cap. 4. querit, cur fructus aliquando sine foliis nascantur, & præcipuè de Abiete quam Lucinas augures vocant. Aere

Auetum.
Sapius.
Sap.

Sapius.
Susterna.

namque eblandito atque remisso erumpere plurimum solent, ubi intestinus humor collectus, & exterius quoque occurrens concreuerunt, atque in rotundum conglobati fuerint. Abies admirationis præcipua in nauis visa est, quæ ex Aegypto Cæsar principis iussu, obeliscum in Vaticano circumlatum, quatuorque truncos lapidis eiusdem ad sustinendum cum adduxit, quæ nauem nihil admirabilis visum in mari, certum est. CXXM. modium lentis pro saburra ei fuisse &c.

Abies.



Abies femina.

Arboris eius crassitudo quatuor hominum vlnas complectentium implebat, vulgòq; auditur octoginta numerum & plures malos vendari ad eos usus. Firmissima id rectum Abies. Eadem valuarum repagulis & ad quæcunq; intestina opera aptissima, sicut Græco siue Capano, siue Siculo fabricæ artis genere spectabilis. Eam Plinius valde proceram arborem scribit cap. 7. lib. 17. Quid enim, inquit, Abiete procerius? Item cap. 10. lib. 6. Abies, ait, est cunctis amplissima est, & femina etiam prolixior, materie mollior, vtiliorque, arbore rotundior, folio pinnato, denso, ut imbres non transmittat atque hilarior. At verò si quis contenderit eam quam scribo Eleatem Græcorum quidem esse posse, non autem Abietem Latinorum huic respondere possum omnes interpretes pro Elate arbore Abietem semper vertisse, si à natalibus

à natalibus describere Abietem incipiam. Vidi enim ex semine nuper enatam. Prima Abietis folia, in grum lata foliola septena stellatim decussat. Iam hominum diligentia, ita vulgares, & populares existunt, ut earum iam plurimas in multis hortis ex nostris seminibus enatas ut & Cedrum magnam, Laricem, Piceam, & Sabinam videre liceat. Quod si ex Plinio expungamus mucronem nihil dubij relinquatur. Cõstat autem Abietem æque in planicie excrefcere & attolli, modo feratur, atque in monte sua sponte adolescit. In abiete florem nunquam vidimus. Theophrastus tamen multis locis florem illi croceum tribuit, his verbis. Nulla inter urbanas est flore vel bicolor vel pleno, vel si qua sit, huiusmodi profecto est, ceu Abies. Flos enim eius Croceus, & illi qui in mari externo rosæ colore similes tradunt. Abietis masculæ primori parte nucleos habent, non item femina. Picea verò totis panniculis, minoribus gracilioribusque minimos ac nigros. Quod Græci in Abiete Lusona cauere, ei respondere reor quod in Larice Aegida appellauimus. Arbores abietis similes in alto cubitali altitudine gigni traduntur quibus adherant conchæ.

Abies. Floret.

Abietes marinae.

Cupressus.



Vnum nullus extet antiquorum qui de Cupresso melius quam Theophrastus scripserit, & Plinius sua quæ de Cupresso habet inde transtulerit, idcirco Theophrasti verbis mihi potius hic insistendum duxi quam aliorum. Conifera arbor Cupressus est & resinifera, cuius conii Galbuli & pillula nominantur. Hæc olim fumebris arbor habita est, ideo apud multas gentes in Cœmiteriis seri postea cœpta, quemadmodum apud nos Taxus vulgo quoque credita est Plutoni sacra esse, ideo feralis, & ante defuncti domum poni solita. Cupressus tamen si aduena, & difficillime nascens fuerit, tamen nunc tam mares quam feminas vulgò satis, præcipue apud Turcas, non in hortis modo, in quibus vbiq; propagari cœpere, verum etiam in agris seri & collibus solere comperio, ita ut circa Bizantium colles Cupressis pubescere videas, quemadmodum etiam in vineis ac scapibus. Algorem Cupressus non facile tolerat, quauis Theophrastus Cupressum in frigidissimis montibus provenire posse putarit in Leucis scilicet (Plinius albos vertit) & Ida montibus frigidissimis eam erumpere scribens. Leucos autem montes vulgus Græcum Spachiam, quemadmodum, Idæ Psiloritum mutatis antiquis appellationibus nominat. Ego verò & si hos montes peragrarem, ac quomodo Cupressi enascantur, diligenter obseruarem, nullam tamen usquam in eorum iugo na-


Cupressus conifera. Cupressus resinifera.

Cupressus mas. Cupressus femina.

Leuci montes. Albi montes. Ida mons.

scentem deprehendi: illud autem eò forsan à Theophrasto dictum est, quod in montium iugis eam nasci intelligat, neque nisi in meridiana parte montis. Nam verissimum id quidem est in excelsissimis quibuscunque montibus, vel in Aethiopia sitis, tametsi planities aestuantissima solis vi flagret, attamen su

Cupressus.



pratum in editiori montis parte, algorem ita vim suam exercere, ut illic nix toto anno appareat, cuius rei Arabi ce mōtes thurifera Idæi & Diçlei, & Leuci Cretensium exēpla esse possunt. Siquidē nix inibi in iugis toto ferè anno apparet, quū tamen planities ad radices montium aestu flagrent. Non abs regitur illic Cupressi in vuberibus, montium superciliis & incilibus sua sponte enascuntur. Cupressi sylvæstres in Creta ut plurimum non altissimè atolluntur, humiliori enim statu sunt contenti patulam diffundunt comam, & caudicem crassum efficiunt: contra quam sativi sese sursum extollentes in longitudinem assurgētes meta in fastigium conuoluta tenui folio breuiq; & virente superne siccante. Theophrastus lib. 4. de historia, cap. 1. de Cupressis ita scripsit. Verum id quoq; inquit, pro modo suæ cuique telluris uenit. Itaque in Creta insu-

la montibus Idæis Leucisque vocatis super summa quibus nix nunquam deest, Cupressum comperiri affirmat. Nam id genus sylvæ plurimum & in mō-

ribus & omnino in Insula est. Hactenus. Locum istum Plinius ex Theophrasto in hunc modum transtulit. Illa verò, inquit, etiam non appellato solo, ac sponte, maximeque in Idæis montibus, & quos albos vocant summisque iugis, unde nives nunquam absunt, plurima, quod miremur alibi non nisi in tempore proueniens, & nutricem magnopere fastidians. His Theophrasti & Plinij verbis hoc addendum putauimus, quod in Creta Cupressorum sylvas nequam comperias, sed sparsim hinc vnam, ibi aliam in abruptissimis locis: aquas enim odit. Quæstuosissima hæc Cretensibus esse solet, quòd eius materiam affatim externis diuendant. Caudicis Cupressorum Cretensium, ex crassitie comprobabis, quod vel arces ex asseribus quatuor pedum latus videre possis. Cū autem Cupressi materies oleosa & veluti resinacea sit, pici faciendæ Tædæ modo idonea esse creditur, quæ vel ex hoc maximè laudatur, quòd vetustatem neque cariem sentiat, & bonum semper odorem referat. Sed hoc peculiare habet in Creta quod ab incolis succisa ex cespite tamen regerminat, ut nepotes stolonèsvē ex radicibus cedux sylvæ modo procreentur, qui tandem in maximas arbores excrescant. Cupressus initio cum erumpit primis annis mōrosa est, sed ea etiam ita coerceri potest ut tonsilis fiat in densitate parietum, gracilitateque perpetuo tenera, trahi etiam in picturas opere historiali, venatus classes ne & imagines rerum. Dioscorides de Cupresso multa admodum medicamenta habet, sed eius descriptionem tanquam rem satis vulgo cognitam tacuit.

Sylvas de se non facit Cupressus in creta.

Refinarum ratio.



Hactenus coniferas arbores descripsimus. Nequid verò intergræ earum historia deesset, resinas quoque, quæ ab his profluunt, subicendas non putauimus. Refinarum tamen appellatio multò latius patet, quàm a vulgo facile intelligatur. Quæ cum ex multis & variis arboribus defluant, multi tamen authores coniferas illas peti intellexerunt. Sed cum latius se expandat resiniferarum arborum definitio quàm coniferarum, nunc de tantum his me locutum intelligi volo, quæ conos producunt. Cuiusmodi est Cedrus, Picca, Pinus, Abies, Sapinus, Larix, Cupressus, & id genus aliæ: reliquas enim quæ humore non resinam exudant, ex professo reliqui, quod ad hoc nostrum institutum non faciunt. Eas autem asseruamus, ut cum ex ternis stirpibus describantur. Refinarum duo summa fastigia tantum ab authoribus traduntur, liquidarum scilicet

Refina quid.

Refini ferre arbores quæ.

Oleosa resina.
Terebinthina.

Thus.
Mastiche.
Strobilina.
Terebinthina.
Lentiscina.

Mastiche.
Cedria.
Tæda.
Abies.
Picea.

Lentiscina.
Cupressina.
Pityine.

Spagas resina.

Aridarum, de quibus seorsim nobis erit dicendum. Magnam hodie imposturam à multis in resinis liquidis committi video, siquidem eam quam Dioscorides Oleosam vocat, (quæ Abietis resina est) ab omnibus nostri temporis medicis & Iatraliptis pro Terebinthina usurpavi palam est: cum tamen vera Terebinthina non sit liquida, nec adeo retorrída, sed mediam quandam habeat inter utranque consistentiam, qua nos caremus, quod ea deserit amplius ad nos ex oriente adferri, licet vulgò in Turcia vendi soleat. Hanc negotiatores Memphis & Urbium aliarum Aegypti, Sinae & Graeciae non ignorant. Illa ut & resina omnes alia vetustate siccescit, quemadmodum & Thus, Mastiche, Cupressinaque Iuniperorum, & Strobilina. Terebinthinam itaque primo loco nominavi, quòd eam autores cunctis anteponan. Secundum locum habet Lentiscina, quæ Mastiche nominari solet. Magni refert quomodo resiniferae arbores excindantur, ut ab eis resinam collachrimare cogamus. Siquidem qui in Chio insula Lentiscos colunt, non secus atque nos vites, suam illis operam perpetuò præstant, ita ut etiam sub ipsis Lentiscis humum assidue scopis mudent: nam Lentisci lacrima humi concidit, non autem ipsis arborum caudicibus hæret. Totum certè tempus in putandis, colendis, & adornandis arboribus verunt. Incisis autem à germinatu caudicibus collachrimatur Mastiche: De qua multò plura infra dicemus. Hic autem de resiniferis arboribus dissero, à quibus Cedria precipuè excoquitur: cuiusmodi sunt quæ à Theophrasto libro nono capite secundo referuntur. Resina verò, inquit, in hunc modum fieri solita est. In Pinu quidem ubi iam vulnerata arbore Tæda detracta est, resinam hauriunt, sic enim in vulnus inuectum, humor copiosior constitit: In abiete verò & picea cum lignis degustatis vulnus intulerint: haud enim locum qui Theophrasto refragatur. Nam cum Theophrastus Terebinthinam, Lentiscinam & Cupressinam resinam velit esse duram. Plinius lib. 24. cap. 6. summus species duas faciens sicca & liquidam, siccam è pinu & Picea fieri, liquidam è Terebintho, Larice, Lentisco, & Cupresso scripsit. Sed ego duram cum Theophrasto interpretor. Et Pityine Græcis à Picea ortam. Falluntur qui contendunt eandem esse arborem Piceam & Laricem: nam Plinius expresse eodem capite hæc verba habet. Falluntur, inquit, qui resinam eandem putant esse è Picea atque Larice. Picea enim pinguem & thuris modo succosam fundit (hanc ille Spagas alibi nominauerat) Larix gracilem ac mellei liquoris virus redolentem. Medici liquidam varò videntur, & in uno ferè è Larice propter tuissimam & leucamque viscum. Nec

pinca magnopere in usu: ceteris non nisi coctis. Hæc ille. Sed Terebinthinam, in duplici differentia constituit, liquidam scilicet & siccam his verbis. Arborum differentia, inquit, placet Terebinthina, odoratissima atque leuissima, nationum Cypria & Syriaca, in utraque mellis Attrici colore. Sed Cypria carnosior sicciorque. In sicco genere quarunt ut sit candida, pura, pellucida. In omni autem ut montana potius quam cæpestris, item Aquilonia potius quam ab alio vento. Si itaque Plinius Terebinthinam resinam candidam, pellucidam & puram in sicco genere quarit, aliam esse à liquida (si modo illa sit) necesse est. Resinarum ferè omnium Dioscorides notitiam habuit, earum inquam, quarum usus in officinis est. Siquidem dum resinas seorsum explicat, scribit colore potissimum inter se distare, quarum, inquit, candidas, alias esse, & oleosas, alias mellei liquoris similitudine, ut Larigna, quam Laricem nostræ officinae vocant. In Italia largatum vulgò vocatur, in Gallia simplici nomine Terebinthina. Dioscorides Larginam resinam liquidam semper constituit: quam vulgus rerum imperitum è Larice terebrata desumi existimat. Oleosam autè liquidam resinam in aliis vocatam quid sit ille non exprimit, Sed ego in presentia quid sit dicturus sum. Illa nisi manu premereetur nunquam sponte ab Abiete profueret. Italicum vulgus suam in hodiernum diem retinet appellationem ad Græcæ dictionis nomenclaturam, quam Olio Daueto vocat, quasi Abiegnum oleum diceret. Bellè autem Italica vulgaris appellatio ad oleam quasi Abiegnum Resinam ad stipulatur. Gallia nostra paulò infelicior fuit in eius exprimenda nomenclatura, Falso enim nomine Terebinthinam venetianam vocat ad alterius Laricæ Resinæ differentiam, quam suo cognomento Terebinthinam communem vocat. Sed Italicum vulgus, ut in priore abiegnæ oleosa non est hallucinatum, ita in Laricæ quoque proprium nomen retinuit, ad Latinam vocem alludens, Largatum eam appellans. Huius tanta in crispandis pannis fit dissipatio, ut multò maior eius sit apud panorum detonatores usus quam in medicina. Oleosa itaque resina sine Abiegnæ, sive (ut Italis placet) olio Daueto, reuera ab abiete exprimitur. Qua autè ratione id fiat nunc dicemus. Dei Opt. Maximi bonitate factum est ut quæ natura quadam providentia abstrusa erant, ea hominum sagacitate in lucem proderentur, ac in varios illis necessarios usus transirent. Nam etsi oleum istud sub tuberculo corticis Abietis abditum delirescat, incolas tamen non fugit. Qui enim pecora pascunt, interdum ne desidia tompescant Vaccinum cornu vacuum dextra manu tenentes ad Abietis hylas accedunt. Illi autem cum in nouellas adhuc abietes insiderint: siquidem in earum cortice nullam rimam apparere viderint, oleum subesse

Terebinthina.

Candida resina.
Oleosa resina.
Mellei coloris resina.

Olio d'Aueto.
Abiegnum oleum.
Terebinthina venetiana.
Terebinthina communis.
Largatum.
Abiegnæ resina.

statim coniciunt: nam glabro cortice vestitam Abietem tuberculis scaten-
tem comperiunt, quum tamen annosorum cortex in rugis contractus nullos
tuberculos ostendat. Ideo nouellarum predicta tubercula, sic labij cornu pre-
munt, ut liquorem inde oleosum intro detrudat. Neq; tamen hoc modo quam
diligentissima etiam adhibita opera, ultra vncias quatuor in dies lege pos-
sunt. Siquidem singulare quodque tuberculum, non ultra quam guttam vnam
aut alteram continet. Illi vero cum per totum diem multa tubercula suppura-
uerint, tamen secum perbellè actum putant, si cornu vnum quod quatuor vn-
ciarum cappax est, oleo plenum abstulerint. Ex quo quidem fit, ut resina hæc
cateris rarior sit, maiorisq; vedatur. Dioscorides liquida & arida resina men-
tionem fecit his verbis. Quæ verò aridarum generi adscribuntur, quædam (in-
quit) ex pineis nucibus, aliæ abiete, aliæ picea, & pinu exierunt. Eligi debet
longè omnium odoratissima translucens, non retovrida, nequa diluta, quandã
cera faciem præbès & friabilis. E picea & Abiete resina cæteris antecedit.
Odorata enim sunt, atque thus odore imitantur. Præstantiores Pityusa insula
deferuntur, quæ secundum Hispaniam sita est. Sed quæ e picea nucibus pineis
& Cupresso manarunt, nihil ad illas, nec tantis viribus potiuntur. Veruntam-
en eorumdem gratia, quorum & illæ sumi solent. Hæc Dioscorides. Plinius
de piceæ resina scribens inquit: Hæc plurimam resinam fundit, interueniente
candida gemma, tam similis thuri, ut mixta visu discerni non queat, & inde
fraus Septasiæ. Pinus fert minimû resinæ interdum & nucibus ipsis, de qui-
bus dictum est vix ut ascribatur generi. Pinastrum quoque copiosam dare re-
sinam scribit, sed arbores eas, quas per oram Italiæ Tibulos vocant penè sine
resina esse Plusculum erumpere liquoris larici melleo colore atque lentiore nu-
quam durefcentis. Nostra tempestate eadem impostura vtimur qua antiquis
simi solerent in adulteratione Thuris. Siquidem resinam pini miscemus Thu-
ri. Sed fraus deprehenditur odore vulgus nostrum resinam illam Garipotum
nominat. Subolscevat fraudem istam suo tempore Dioscorides, qui in capi-
te de Thure scribit, Thus in itinere, inquit, adulteratur pini resina, quæ res
mihi absurda videretur, nisi in itinere dixisset, utpote quòd illæ regiones exter-
na, quæ admodum calidæ sunt, pinum non generent. Ideo ut nobis thus pere-
grinum est, ita & illis resina pini. Prisca ætas ea omnia adinuenit, quæ nunc
à nobis perficiuntur, aut saltem his simillima. Ex quo liquet nihil à nobis nunc
scribi posse quod non ante ab alio excogitatum sit. Pictores iam sua experi-
menta, quæ aliter secreta nominant ad picturas sumptuosas excogitarunt, &
mixturas ad picturarum immortalitatem, quas vernices vulgò vocant, qui ta-

Resina li-
quida.
Resina a-
rida,

Resina Pi-
nus.
Pinastr.
Tibulus.

Garipotû.

Resina pi-
ni.

pinus in
feruidisre-
gionibus
nulla.

Vernix li-
quida.

men nec magno munere donati compositionem docere socios velent Aegi-
dam hanc à nomine Græco, videlicet scuto suam traxisse appellationem puto
enim scutum significat, ideo quòd ea Clypei inducebantur, ut perpolitò
splendore micarent. Hanc nos nostra industria sic componimus. Primum vn-
cias quatuor mastiches ad libram vnam resinæ oleosæ recentis (quam, oleum
Abiegnum in Italia vocant, in Gallia vulgò, sed falso nomine Terebinthinam
Venetam) addimus. Maxima in coquendo est difficultas. Nam resinam hanc
oleosam, vbi primum vnâ cum Mastiche in fidelia miscueris, & ita in olla
aquam frigidam habente ad ignem apposueris tandiu bullire sinis quousque
Mastiche tota cum Resina dissoluatur, tum demum ab igne auferes, ut om-
nia simul refrigerent. Cum autè refrigerint, testudines, clypei & pelles sue
caprinae sue suilla intacta sint scuta perunguntur. Scutorum materies ficulnea
immortalis reddetur, si ea affricetur. Ea fuit Aegida dos, quæ nunc in no-
stra vernice liquida petitur, ut sumptuosas pictorum tabellas immortales, im-
marcescibilesque custodiret incorruptas. Resinas etiam ipse Plinius ad discrim-
mina gummiū definit, quòd scilicet dissoluantur oleo gummi aqua. Spagas
resina est picea (quam Græci *νευριον* vocant) suâ in Schiro retinet appellatio-
nem, quam ego cum in ea insula esse audini ita vulgò nominari. De hac plu-
ra apud Plinium legimus his verbis. In Asia quæ fit à Picea admodum can-
dida est, Spagas vocatur resina hæc. Desit nunc alioqui rara esse, cum inceperit
iam Venetiæ à Schiro ferri, pinguis est admodum, & alba, ea in fœtilibus
asseruatur. Ex qua etiam in officinis multas libras venales vidi.

Sed de coniferis arboribus, earum resinis & aliis rebus quæ ab iisdem pro-
ficiuntur hæc tenus. Per multas differentias præsertim in his quæ ad fabulem
vsu sunt accommoda adicere poteramus, attamen nonnulla consulo breuita-
tis gratia prætermisimus: superest ut ad reliquarum sempiterna fronde virentium
& aliarum peregrinarum plantarum descriptiones quarum icones mihi præ-
manibus sunt transeamus.

Descriptionis Coniferarum arborum & resiniferarum,
rerumque ab eis promanantium,
Finis.

Vernicis
descriptio.

Discrimen
resinæ a
Gummi.
Gumi dif-
foliuit a-
qua.
Schiros
insula.
Spagas.



407509
09

